DIVINO IMPLORATO PRAESIDIO.

DE LICENTIA AC concesione Sanctissimi. D. N. et ad instantiam præclari. D. excusatoris illustrissimi, ac inuictissimi Regis Angliæ, Nos Sigismondus Dondolus de Pistorio aduocatus Consistorialis minimus, et Michael de Conradis de Tuderto utriusq; iuris Doctor, præscripti illustrissimi Regis et. D. excusatoris Aduocati in sacro publico pontificio consistorio, præsidente summo Pontifice cum suo sacrosancto Senatu infrascriptas Conclusiones pro tenui posse nostro sigillatim, ac singulariter defensare conabimur. Die aũt. xvi. præsentis Mensis, prima ex infrascriptis Conclusionibus disputabitur et successiue aliæ disputabuntur.

Acta Curiæ Romanæ in causa Matrimoniali cum Catherina Re

MVSEVM
BRITAN
NICVM

¶ Facti Contingentia Talis Proponitur.

CVM ad aures clariſsimi domini Odoardi Karne.ll. Doctoris Anglicani perlatum eſſet, mandato. R.P.D. Pauli de Capiſucchis ſacri Auditorij Pontificij Auditoris meritiſsimi, in cauſa matrimoniali inter Henricum regem Angliæ, & Catherinam illuſtriſsimam Reginam uertente, ut aſſeritur, delegati Apoſtolici, præſcriptum illuſtriſsimum Regem ad inſtantiam memoratæ illuſtriſsimæ regine per edictum citatum extitiſſe, ut comparere deberet in Curia coram eo per ſe uel per procuratorem, idem. D. Odoardus tanq̃ excuſator & excuſatorio nomine dicti Regis coram prædicto. D. Paulo comparuit, quasdam materias excuſatorias exhibens & producens inſtans eas ut releuantes admitti, offerens q; eas ſe probare paratũ, ſignanter præ aljs continentes præ dictum Regem non aliter etiã notoriæ ex regno ad locum tam remotum poſſe recedere niſi cum ineuitabili damno ac graui ſcandalo ſui Regni ac regnicolarum, ineuitabiliq; periculo ſuæ perſonæ ac regni, cauſa locorũ per quæ idem rex Curiam

uersus ueniens necessario transire cogebatur, ut latius in eis : super quibus coram prætaxato dignissimo graui ac integerrimo Auditorio disceptatione pẽdente litteræ regiæ eidem D. Odoardo oblatæ & in actis productæ sunt, inter cætera continentes hæc uerba, uidelicet, Nobis placere quod agitis, Et in alia earundem parte: Quoniam autem uos non nostro, sed uestro nomine huiusmodi defensionem ingressi estis, hortamur rogamusq;, ut tenore quo cepistis insistere, ac pergere modis omnibus uelitis : ut uberius in eis : ex omnibus prædictis apud prefatum celeberrimũ Auditorium suscitata materia questionis, an prælibatus. D. excusator cum suis materijs sit admittendus. Nos aduocati dicebamus & dicimus, secundum ea, quæ proponuntur ex Iuridicis conclusionibus subijciendis dictum. D. excusatorem cum dictis materijs de iure esse admittendum.

Conclusiones.

Regia dignitas non impedit, quo minus de iure in causa de qua agitur, iuxta tenorem materiarum possit obijci de loco non tuto regi secundum com. op. 1

Ad allegandum iustum impedimentum necessarium temporale admittitur excusator sine mandato, secundum com. 2

Impeditus probabili & necessario impedimento temporali non cogitur constituere procuratorem, secundum com. 3

Ex materijs nostris elicitur etiam probabile & necessarium impedimentum, secundum com. 4

Ad allegandum notorium et iustum impedimẽtum temporale citati, admittitur excusator sine mandato, secundum com. 5

Deci. Bar. & seq. in. §. Ad crimen, in uersiculo quædam sunt excusationes probabiles. L. Accusatore. ff. de publ. Iudi. non obstat quo minus consideratis materijs admittendus sit excusator regius, secundum com. 6

Et concessa obstantia sine preiuditio ueritatis, decimus, q̃ requisitum Bar. in dicto membro, ut excusator admittatur colligitur, & de Iure inducitur ex litteris regijs. 7

Tenor materiarum non concludit tale impedi-

mentum (regia dignitate non considerata) propter quod de iure in hac causa rex cogatur constituere procuratorem, secundum com.

9 Immo stantibus prædictis materijs & consideratione, rex in hac causa non cogitur constituere procuratorem.

10 Rex Angliæ inuictissimus non est citatus a Papa, & hoc concesso sine ueri præiudicio.

11 Citatio facta a Papa in causa, de qua agitur, iusto impedimento detentum ut in materijs, non cogit constituere procuratorem, secundum com.

12 Citatio, ut supra, ut compareat, per se, uel per procuratorem, impeditum non cogit constituere procuratorem, secundum com.

13 Stantibus materijs, ex intellectu Inno. et seq. ad. c. Cum dilecti de dolo et contuma. non iuridice infertur ad causam de qua agitur, secundum com.

14 Nec illatio communis ex dicto intellectu de iure causam, de qua agitur, comprehendit, secundum com.

15 Exceptio loci non tuti competit nedum quando locus, in quo agitur iudicium, non est tutus, sed etiam quando loca media per quæ de necessitate eundum est ad locum Iudicij non sunt tuta, secundum com.

Causa

Causa, de qua agitur, est grauis, secundum com. 16

In causa, de qua agitur, locus debet esse tutus, nedum procuratori, sed etiam domino. 17

Stantibus materijs prædictis, Regi illustrissimo debet de loco idoneo prouideri, etiam q̃ non petatur, secundum com. 18

L. 1. C. Quando Imper. inter pupil. et uidu. de Iure non obstat, quominus excusator regius cum prædictis materijs sit admittendus. 19

Nec propter eius dispositionem Rex, stantibus prædictis in causa de qua agitur, de iure cogitur constituere procuratorem, secundum com. 20

Assertum iuramentum perhorrescentiæ de iure non impedit, quo minus materiæ excusatoriæ admitti debeant, secundum com. 21

Causa, de qua agitur, non est reseruata sedi Apostolicæ priuatiue, secundum com. 22

Pretensus stilus Curiæ, quo dicitur, caueri causam semel in Curia commissam, amplius extra Curiam committi non debere, non obstat, quo minus stantibus materijs, Papa causam, de qua agitur, de iure debeat committere extra Curiam. 23

In causa, de qua agitur, procurator debet admitti ad allegandas et probandas, materias præ- 24

ſcriptas nec Citatus cogitur conſtituere procuratorem, cum quo poſsit procedi in cauſa, uirtute deciſ. x. de dolo et contuma. in antiq. uel. D. CC. xxix. in eisdem, quæ de iure non obſtat.

Stantibus materijs et cauſa, de qua agitur, Iura dicentia cognitionem, et deciſionem cauſarũ Regum, et principum ad ſedem Apoſtolicam ſpectare, non fient ludibrio, nec debito frustrabuntur effectu.

TENOR MATERIARVM pro parte Domini excuſatoris ſereniſsimi ac inuictiſsimi regis Angliæ propoſitarum.

EXCVSATOR ſeu defenſor ſereniſsimi Domini. D. Henrici Angliæ regis omni et quocunq; modo de iure ualidiori et poſsibili ac meliori coniunctim et diuiſim ut melius expedit ac excuſatorio nomine dat et facit poſitiones & articulos infraſcriptos ſaluo iure ſufficientis reſponſionis ſingulariter ſingulis ex aduerſo medio iuramento fiende, ac etiam tam declinatorijs et non

con-

consensiuis in pretensam iurisdictionem. V. P. sed illius impugnatione et quibuscunq; alijs protestationibus et exceptionibus in similibus dari et fieri solitis et consuetis saluis præmissis et tam in presenti quam in quolibet et quibuslibet actu et actibus etiã forsan de cetero fiendis repetitis et p̃repetitis habitis nec non saluis indultis priuilegijs immunitatibus facultatibus libertatibus prærogatiuis consuetudinibus et gratijs tam dicti regis Angliæ quam eius uniuersi Regni.

Imprimis repetit hic et pro repetitis haberi uult et intendit omnia et singula tam inter serenissimũ regem prælibatum ac serenissimam Dominam Catherinam reginam et prælibati Domini Henrici regis prætensam uxorem et alios quoscunq; et ubicunq; acta actitata, iura instrumenta positiones et articulos cum probatione desuper etiã quomodolibet habitis, factis gestis et productis quatenus tamen pro se et parte sua nomine quo supra faciant atq; facere possint et uideantur & non alias aliter nec alio modo de quo protestatur expresse.

Ex quibus sic repetitis inter alia constare dicit et constat causam, litem et iudiciũ agitari & uerti ut prætendit inter prelibatos serenissimũ dominũ

A. 3. Henricum

Henricum regem, et reginam de et ſuper nullitate et inualiditate pretenſi matrimonij inter eos ut dicitur facti et contracti ſeu etiam ut pretenditur ſubſecuti ac illius prout de facto proceſsit ut prætenditur direptione diuortio et ſeparatione cauſis et rationibus et impedimẽtis, de quibus alias. &c.

3 Item pariformiter conſtare dicit & conſtat pro ut etiam iure clarum exiſtit, quod ratione grauitatis et inportantiæ prætenſi uinculi fœderis ac ſacramẽti matrimonialis eiusq; diſſolutionis nullitatis et inualiditatis tam etiam ratione perſonarum prælibatorum regis et regine præſertim ut præfertur natura cauſæ et materia ac re de et ſuper qua agitur eſt nedum grauis et ardua ſed grauiſsima et arduiſsima et ex grauioribus et importantioribus ac arduioribus cauſis de et ſuper quibus agi poſſet prælibatumq; dominum Henricum regem ad eiusdem ſereniſsime & illuſtriſsime domine Catherine inſtan. ad curiam Romanam & coram eadem Paternitate uestra in cauſa predicta ut dicitur et prætenditur citari mandatum ſeu citatum quamuis honore et reueren. uestris ſemp ſaluis notoriæ nulliter et minus iuſte, conſtatq; etiã de multis alijs in iſtũ ſenſum et sentẽtiã declinantibus et maxime in iure hoc iuſtificantibus

prout

prout sic fuit et est uerum publicum manifestum et notorium.

Item similiter constare dicit et constat quod ex 4.
causis et rationibus prædictis et signanter prætensa lis et causa absq; ulla suspitione formidine signanter collusionis, prævaricationis, et tergiversationis procedat, agatur et determinetur ipsius domini Henrici regis nimis interest, sibiq; etiam tanq̃ melius et magis scien. informato & instructo importat et expedit si et ubi agat ipsa causa uel saltem in loco eidem propinquiori seu uiciniori morari et persistere ut personaliter et p se ipsum illi interesse assistere et instruendum instruere et informandos informare si & quando uoluerit possit prout etiam de iure fuit et est clarum et sic fuit et est uerum publicum notorium et manifestum.

Item ultra prædicta excusator prædictus licet 5.
notorium sit prout pro notorio etiam facti permanen. deducitur et allegatur et notorietatis huiusmodi et illius deductione & allegation. salua manen. nihilominus pro potiori etiam cautela ponit et dicit, quod inter reges et regum christianorum regna de immemorabili, et per immemorabile tempus ac citra et supra etiam de usu stilo

more

more et consuetudine hactenus tentis legitime præscriptis et inuiolabiliter obseruatis, prædictus dominus Rex et antecessores sui eiusdem regni reges fuerunt et erant, prout est etiã de præsenti quodq; regnum predictum mari et terra habuit et habebat prout habet de presenti multas ciuitates, terras, oppida, castra, fortalitia, portus maritimos, ac suos terminos et limites ac confinia in regno Angliæ, a regnis circumuicinis et signãter a regno Galliæ et Scotiæ prouinciarum diuiden. et separen. ipsosq; reges regiam coronam et alia regalia signa, iura et intersignia haben. pro talibusq; regibus facien. demonstran. & reputantia palam et publice et sic fuit et est uerum publicum & notorium.

6 Item quod ueritas fuit & est quod retro actis temporibus regibus & principibus a regnis et principatibus ipsorum recedentibus et ad loca remota se conferen. et absentantibus presertim regibus Angliæ ob eorum recessum & absentiam ut supra prefertur in dictis regnis et principatibus et presertim in regno Angliæ insurrexerunt seditiones, tumultus, scandala questiones et discordie, quæ tetenderunt im maximum

exitium

exicium et grauem iacturam ac enormissimum damnum tam dictorum regnorum et principatuum, q̃ eorum regum et principum ac regnicolarum habitatorum, et in eis incolarum, et sic fuit et est uerum manifestum publicum et notorium.

Item quod communi omnium iudicio intelligentium & experien. et maxime in dicto regno Angliæ conuersantium et expertorum habetur, tenetur et reputatur, si reges prædicti & præsertim rex Angliæ ab eorum regnis & principatibus recederent, illa ue exirent & transfretarent, & ad loca tam remota se conferrent seditiones, tumultus, scandala, et status turbationes, uerisimiliter in eis exorirentur: & propterea si serenissimus dominus Henricus modernus rex Angliæ, ab eius regno Angliæ recederet et transfretaret, et ad loca tam remota se conferret, per tempus et tempora suæ absen. proculdubio seditiones, tumultus, scandala, status turbationes siue mutationes ipsorum possint & uerisimiliter exorirentur taliter & in tantum, quod non esset postea facile ipsi regi redeunti ea, de facili tollere 7

tollere componere illosq; & illa ceſſare niſi cum maxima ſanguinis effuſione, uerum etiam maiora diſcrimina dicti regni et ſtatus mutationes & ueriſimiliter et formidabiliter de malo in peius declinãdo poſſent oriri et exorirentur in maximũ ſcandalum et periculum tam perſonæ regis q̃ eius regno ex eius ab eo receſſu ut premittitur indubitabiliter imminere palam et publice, et ſic fuit et eſt uerum publicum manifeſtum & notoriorum ſicq; uulgariter et communiter fuit et eſt uulgatũ famatum reputatum prout uulgatur communiter tenetur et reputatur.

8 Item ultra prædicta excuſator prædictus ſimiliter et pro notorio allegat & deducit ac uult haberi et quatenus opus ſit ponit et dicit, q̃ regnum Angliæ a ſuis finibus uerſus Italiam usq; ad urbem per tempus et pro tempore prædictis diſtat mille milliaribus italicis et ultra uel circa, ſicq; p̃ tali et tanta diſtantia habitum et reputatum fuit prout habetur tenetur et reputatur palam et publice, et q̃ ſic fuit et eſt uerum publicum notorium et manifeſtum.

9 Item q̃ dictus illuſtriſsimus rex Henricus a decem, uiginti annis, et citra fuit et eſt uerus et indubitatus rex Angliæ cum omnibus ſuis iuribus

perti-

pertinentijs, dominijsq; ciuitatibus locis oppidis et alijs prærogatiuis priuilegijsq; et alijs iuribus ad dictum regnum et reges pro tempore existentes spectantibus et pertinentibus in ipsorumq; et cuiuslibet eorũ ab illo tempore et citra possessione et quasi, pacifica et quieta fuit et est, fructus redditus et prouentus exinde ꝓuenientes leuãdo et ꝓcipiendo et in suos usus et utilitatem conuertendo, regalia et alia quæ spectant et pertinent ad supremam potestatem et iurisdictionem regiã et imperialem ac merum et mixtum imperium in eo exercendo prout alij Christianorum regnorũ reges et imperatores faciunt facereq; consueuerũt, et sic fuit & est uerum publicum manifestum & notorium palam et publice.

Item q; si prelibatus dominus Henricus rex haberet uenire ad Romanam Curiam, esset necessitatus, cogereturq; et haberet uenire per alia regna, dominia et principatus terrasq; loca fortalitia et passus tam regibus non nullis q̃ etiam ducibus et principibus subiecta in maximo et uerisimiliter ineuitabili discrimine tam sui corporis q̃ sui regni, q; q; ueritas fuit et est preter id et absq; eo q; aliter & alio modo fore fuisset & esse potuisset aut posset quin testes qui super præsentibus exa-

bus examinabuntur hoc non sciuisſent & scirent etiam de presenti palam et publice et sic fuit & est uerum publicum manifestum et notorium.

11 Item quod usu, stilo, more & consuetudine similiter per tempus et tempora prædicta tentis et obseruatis ueritas fuit et est preter id et absq; eo q; tales reges qualis est ipse dominus Henricus potuerit siue debuerit uel consueuerit aut possit debeat uel soleat se exponere simili itineri per regna, ducatus, principatus, terras, castra, fortalitia et passus alijs regibus et principibus supposita et subiecta. Cum ex tali subiectione & suppositione dictis regibus et sic illustri regi Angliæ immineret credibiliter ineuitabile ac enorme damnum ac præiudicium tam suæ personæ q̃ dignitatis regiæ & uniuersalis status regni sui quinimmo se exponere debuisse, et consueuisse cessauit & cessat sicq; omniũ et singulorũ in similibus practicorũ et expertorũ notitiamq; & scientiam habentium semper fuit usitatum practicatũ tentum et obseruatum prout usitatur practicatur tenetur et obseruatur palam et publice et sic fuit & est uerum publicum manifestum et notorium.

Item q; propterea ueritas fuit et est præter id
12 & absq; eo q; attentis prædictis prælibatus dominus

minus Henricus rex tute iuſte & rationabiliter ad urbem et Romanam Curiam uenire & accedere potuit ſiue poſſit quinimmo ſimili omnium iudicio tute ac ſecure iuſte et rationabiliter absq; ineuitabili diſcrimine uitæ ſuæ ac ueriſimili magna ſtatus regni ſui mutatione perturbatione & periculo ineuitabili uenire potuiſſe ſiue poſſe ceſſauit et ceſſat nec aliter nec alio modo fore uel eſſe potuiſſet aut poſſet quin teſtes qui ſuper præſentibus examinabuntur hoc ſiuerunt et ſcirent palam et publice et ſic fuit et eſt uerum publicum manifeſtum et notorium.

Item q; præmiſſa omnia et ſingula fuerunt & 13
ſunt uera publica manifeſta et notoria et de eis fuit et eſt publica uox et fama.

Item q; præmiſſis ueris exiſtentibus prout ipſa 14
uera ſunt excuſator ſeu defenſor prædictus allegat et dicit ac deducit ipſum dominum Henricum regem ueſtra prætenſa citatione prædicta rationibus et cauſis ſupradictis minime per ſe ipſum et minus per ꝓcuratorem ſuum in cauſa maxime tã graui et ardua ad coram uobis comparendũ arctari et conſtringi aut illius prætenſum decretum uel illam aut aliqua inde ſequuta ualuiſſe uel ualere quinimmo eisdem ueſtris honore et reueren-

ſaluis fuiſſe inualidam et inualida notoriæq; nullam et nulla nec eiusdem aut prætenſe illius exequutionis facte uigore ad aliquos prætenſos actus uel ulteriora procedere potuiſſe uel poſſe maxime ſtantibus et tam datis ſupradictis materijs excuſatorijs et defenſorijs excuſatiuisq; & defenſiuis et nihilominus q; præmiſſis omnibus et ſingulis non plene excuſſis et examinatis etiã in omnibus et ſingulis caſibus capitulis et articulis ſupradictis non procedatur aut aliquid fiat ſi tacite uel expreſſe actum factumue fuerit ex nũc prout ex tunc de omnibus & ſingulis remedijs beneficijs ſibi quomodolibet de iure competentibus et competituris ſpecialiter et expreſſe proteſtatur.

Et præmiſſa. &c.

Saluo iure. &c.

Et proteſtatur. &c.

Et non ſe aſtringens. &c.

BEATISSIME PATER
ex articulis contentis in materijs alias da
tis. S. V. eliciuntur Concluſiones in-
fraſcripte coram. S. V. et ſuo Sa-
croſancto Senatu in ampliſſi-
mo Conſiſtorio penulti-
ma Februarij propo-
ſite & diſpu-
tate.

EX MATERIIS noſtris eli- 1
citur etiam probabile & neceſſari
um impedimentum ſecundum com
munem opinionem.

Ad allegandum notorium & iu- 2
ſtum impedimentum temporale citati admittitur
excuſator ſine mandato ſecundum com.

Ad allegandum iuſtum impedimentum neceſſa- 3
rium temporale admittitur excuſator ſine man-
dato ſecundum com.

Concluſio iuſtificabatur rationibus et auctori- 1
tatibus infraſcriptis.

Qui abeſt cauſa reipublice is ex probali & ne-
ceſſario impedimento eſt abſens glo. ordi. in. l.
fi. de in integr. reſti. et ibi Bar. poſt glo. ubi tractã

do de absente ex causa probabili et necessaria ponit exemplum in absente ex causa militiæ et dicit idem intelligendum esse in quolibet alio absente causa reipublice Romanorum uel alterius ciuitatis per tex.in.l. Sed et si per prætorem.§.fi.ff.ex quibus cauſ.maio.et per illam eandem l.fi. in tex. ibi,Cæteris quoq;.idem tenet Bar.in.l. pri. ff. de diuerſ.et tempor.præſcrip.eſt tex.&.ibi Bal.in.l. Cum non uoluntatis. C.quomodo et quando Iudex.glo.eſt ordi.in.c.Biduũ in uerſiculo Audiat. ij.q.vi.ubi dicit absentem ex causa reipublice esse absentem ex causa necessaria et probabili. Fely. in.c. Cum Bertoldus de re Iudi.et hoc tenẽt communiter docto.in locis prælegatis. Sed Illustriſſimus Rex Angliæ eſt abſens a Curia Romana causa reipublice ſui Regni ut ex articulis apparet iuncto tex.in.c. Non eſt, et ibi Io. Andr. poſt Hoſti.et Abb.ac com. Canoniſte de uoto et uore.ubi reperitur q; conſeruare regnum pacatum publice utilitatis eſt,pro quo facit Concilium Agathenſe,de quo in.c.ſi Epiſcopus.xviij.diſt. tex. in.l.pri.§. Quies.ff.de offi.pref.ur.tex.in.l. Congruit.ff.de offi.pre.l. Si quis ingenuam.§. in Ciuitatibus.ff. de cap. et poſtl. et com. ibidem ſcribentes.

Si is qui gerit magiſtratum in aliqua prouincia 2
ciuitate aut caſtro uel exercet aliquod munus re-
ale et perſonale, eſt abſens cauſa rei publice et im
peditus probabili et neceſſario impedimẽto, pro-
ut eſt tex. in. l. ij. §. ſi quis municipalis. ff. Si quis
cautio. et Alex. ibidem in prin. tex. in. l. prima. C.
de reſti. mili. et Fely. in. c. Cum Bertoldus de re
iudicata ubi dicit q̃ poteſtates uel Vicarij caſtro
rum et terrarum et alij officiales dicuntur abeſſe
cauſa reipublicę allegando inter alios odof. in. l.
Qui abſentẽ. ff. de procura. Multo magis Rex
dicitur abeſſe cauſa reipublicæ, qui abeſt a loco tã
diſtantiſſimo cauſa conſeruãdi regni ſui et euitã-
di omnimodam ruinam eiusdem regni, ut deduci-
tur in articulis prædictis. ergo. &c.

Abſentia cauſa reipublicæ æquiparatur abſentie 3
ex cauſa infirmitatis, Bar. in terminis in. l. fi. ff. de
ĩ integr. reſti. et tex. in. c. Si epiſcopus. xviij. diſt.
Sed ille q̃ eſt abſens ex cauſa infirmitatis, eſt ab-
ſens ex cauſa p̃babili et neceſſaria ut in. l. Que-
ſitũ et ibi glo. Bar. et oẽs Docto. ff. de re Iudi. Er-
go q̃ abeſt ex cauſa reipublice, eſt abſens ex cau-
ſa probabili et neceſſaria, et conſequenter cũ Il-
luſtriſſimus Rex Angliæ ſit abſens cauſa reipu-
blicæ ut ſuperius deducitur, ſequitur q̃ eſt abſens

ex causa probabili et necessaria.

4 Rex non potest aliquid agere in graue præiudicium aut iacturam regni uel populi sui tex.in.c. Quanto in.c.Intellecto et in.c. Secut ex litteris de iure iuran. Sed si illustrissimus rex Angliæ recederet a suo regno et ad loca tã remota se conferret ageret et faceret ĩ graue præiudiciũ et maxime enormem iacturã ac exitiũ regni et populi sui ut deducit et continet in dictis articulis ergo. &c.

5 Impotentia transeundi per iter inducit et concludit impedimentum necessariũ tex.in.l.ij. §. si quis in iudicio uer. quod diximus.ff.si quis caut. Bar. in.l.penultima.§.Ad crimen uer.dic ergo in prin. ff.de publi.iudi. Quem sequuntur legiste com.ibidem et in.l. Reos.C.de accusa.et Canoniste in.c. ueniens de accusa. Sed in prædictis articulis continetur impotentia transeundi per iter ergo. &c.

6 Ea quæ non possumus sine salutis periculo dicuntur imposibilia.l.sciendum.§.sed et salutis.ff. ad trebel. cle. Pastoralis de re iudi. Öldr. con. xliij. Sed illustrissimus rex Angliæ sine salutis periculo uenire ad locũ tam remotũ non potest ut ex articulis. Ergo cũ sit impossibile uenire sequit q̃ non uenire est necessariũ p̃ ea quæ notantur in reg.i.de reg. iur.libro.vi.super uerbonon potest

et per

et per Bar.in.l.prima in prin. ff. de condi.insti. et tex.in.l. Non potest.ff.de fur.

Secūda conclusio iustificat, et primo sic, facilius 1
admittit quis ad allegandū causas facti q̄ causas de iure absentis Inno. Abb. ac cæteri Canonistę in.c.ueniens de accusa.Bar.in.l.penultima.§. Ad crimen.ff. de publ. iudi. sed in notorijs admittitur quis sine mandato ad allegandum causas de iure absentis Inno.et Areti.in. d. c. ueniens Bar. in.l. seruū quoq;.§.publice.ff.de procura. et Angel.in .l.filiusfamilias.ff. Qui satis.cogan. Ergo multo fortius ad allegan.causas facti et consequen.et c.

Quod iudex ex officio potest et debet facere in 2
absentia partis nemine petēte illud tenetur facere quouis ueniēte, et de hoc docente Bar.in.l.Seruū quoq;.§.publice uer.dico ergo.ff.de ꝓcur.Paul.de cast.et Ias.in.l.exigēdi.c.de ꝓcura. Sed iudex ex officio nemine etiā instāte,debet supsedere et non ꝓcedere,ubi ꝓcessus suus esset nullus et frustratorius,tex.in.c. Causam de Iudi. Sed ꝓcessus esset nullus et frustratorius, ubi ĭpedimentū absentis esset notoriū Bar.in.l.sciēdū.ff.de Lega.l.fi.de in integr.resti.l.de etate.ff.ad Trebel.l.ij.ff.de appe. reci.l. Quesitū.ff.de re.Iu.c.si duobus de appel.c. Querelā,et ibi Canonistę de procura.ergo. &c.

3 Inducitur Clementina paſtoralis de re iudi. §. Piſana ubi ex eo q̃ notorium erat locum iudicij non fuiſſe tutum declarauit Clemens quintus proceſſum imperatoris, eſſe nullum, in cauſa aũt de qua agitur notorium eſt locũ iudicij non eſſe tutum merito. &c.

4 Vbi iudex ſcit aliquem citatum abeſſe cauſa reipublicæ procedendo contra illum ipſo iure proceſſus eſt nullus, ut. l. Contra pupillũ iuncta gloſa prima. ff. de re. iudi. Refert et ſequitur Bar. in. l. fi. col. prima. ff. de. reſti. in integ. imo in. l. queſitum in fi. ff. de re iudi. ſed. S. D. noſter ſcit Illuſtriſſimum regem Anglie abeſſe cauſa reipublicæ regni ſui merito. &c.

5 Tertia Concluſio iuſtificatur ex dictis inno. Io. Andr. et aliorum in. c. ueniens de accuſa. ac etiam Bar. et aliorum in. l. pen. §. Ad crimen uer. dic ergo in principio. ff. de publ. Iudi. ubi habetur hoc in terminis et quo ad neceſſarias excuſationes habet ſecum com. opi.

Ex prædictis apparet iuſtificatio dictarum Concluſionum ad effectum q̃ admittatur Excuſator regius ad allegandum materias excuſatorias per ipſum excuſatorem datas.

reſponſa

RESPONSA DATA PE-

nultimo die Februarij in presentia. S.D.N. in Sacro suo consistorio per aduocatos regiæ maiestatis ad allegationes aduocatorum Serenissimæ Reginæ deducta contra tres conclusiones p partem excusatoris dictæ Regiæ Maiestatis pro ipsius excusatoris admissione. ad allegandum materias excusatorias pro parte Illustrissimi Regis Angliæ proposita.

PRIMO dicebant aduocati dictæ Reginæ. S.D. N. cum suo sacrosancto senatu decreuisse excusatorem regiũ sine mandato non esse admittendum, ex quo inferebant eundem excusatorem ab eodem decreto non appellantem non esse hic audiendum. 1

Respondebamus nos nolle disputare de uiribus dicti decreti q̃q̃ id nullo iure refragante merito possemus presertim cum tale decretum quo ad. S. D.N. in rem non transiuit iudicatam ut in. c. cum cessante de appell. et in. l. quod iussit. ff. de. re. iudi. Quæ regula procedit etiam si sententia interlocutoria haberet uim diffinitiue. l. si preses. C. quo-

modo et quãdo iudex. et ibi Bal. et Saly. tradunt. et alias pro ueritatis inueſtigatione de aliorum pontificum decretis non ſine magna diſputantium laude ac bona ipſorum Pontificum uenia diſputatum ſæpe inuenitur, ſed dicebamus nos uelle diſputare ſuper concluſion. quas. S. D. N. diſputandas admiſit. Preterea dicebamus remotum eſſe omnino a ueritate, q̃ excuſator non reclamaſſet dicto decreto, cum reuera reclamauerit, et. S. D. N. iuſtitia ſuadente, eundem excuſatorem et aduocatos ad allegandum iura, concernentia excuſationem regiam admiſit ipſo decreto non obſtante, & eundem excuſatorem per uiam querelæ audiendum fore, contra dictum decretum, in ſua ſignatura pronunciauit merito. &c.

2 Secundo dicebant dicti aduocati facientes ſaltum a concluſione primo diſputanda ad concluſionem ſeptimam, q̃ littere regiæ ad dictum excuſatorem per ſereniſſimũ regem miſſæ et in actis productæ, non inducebant mandatum, Ex quo inferebant q̃ dictus excuſator quaſi carens mandato non erat admittendus ad proponendum materias excuſatorias.

Reſpondebamus hanc allegationem eſſe intem-

tempeſtiuam, et fruſtra hic queri an dictæ litteræ inducant mandatum uel non inducant, cum hoc loco ponatur pro uera & indubitata concluſione, q̃ excuſator in caſu, quo uerſamur, debeat admitti abſq; aliquo mand. et etiam dicebamus, q̃ dictæ litteræ nihilominus inducunt ſufficiens mandatum ad admittendum excuſatorem, prout clariſſime dicebamus uelle oſtendere in diſputacione habenda ſuper dicta ſeptima concluſione, cum ad illam peruenirемus.

Tertio dicebant excuſatorem non eſſe admittendum, ex quo Rex Angliæ eſt impeditus impedimento perpetuo proueniente a regia dignitate, ex quo inferebant, q̃ rex teneatur conſtituere procuratorem. 3

Reſpondebamus hanc allegationem (ſtantibus materijs falſam quidem in iure) non debere hic tractari, ſed referendam eſſe ad diſputationem habendam ſuper nona concluſione, ubi dicebamus nos uelle clariſſime oſtendere, q̃ ſereniſſimus rex in hac cauſa, ſtantibus materijs, non cogitur conſtituere procuratorem.

Quarto

4 Quarto dicebant contineri in Materijs regem ad curiam uenire non posse, ex quo inferebant Regem impeditum impedimento perpetuo.

Dicebamus hanc allegationem, neq; in loco suo factam, & preterea consequentiam esse falsam prout aperte dicebamus nos uelle ostendere in disputatione habenda super octaua conclusione.

5 Quinto dicebant. S.D.N. aduocasse causam ad se tractandam et diffiniendam in curia Romana, ex quo etiam inferebant, regem (qui ad illam accedere non potest prout patet ex materijs, ut illi dicunt) esse impeditū impedimento perpetuo.

Respondebamus hanc allegationem non pertinere ad istum locum, nec facere ad propositum, et esse tamen ab omni bono iure alienam, prout dicebamus nos uelle ostendere in disputation. habenda super conclusion. xxiiij.

6 Sexto dicebant Romanam curiam non esse allegatam pro loco non tuto, ex quo inferebant q; frustra disputatur de exceptione loci non tuti.

Respondebamus non congrue disputari hanc allegationem in isto loco, et tamen dicebamus q; exceptio loci non tuti competebat non solum quando locus in quo exercetur iudicium non est tutus sed etiam quando loca media, per que de necessi-

tate

tate citatus cogitur transire non sunt tuta ut dicebamus nos uelle luculentius ostendere in disputatione habenda super decimaquinta conclusione.

Septimo dicebant nullum locum extra curiam Roman. esse tutum Regine. 7

Respondebamus hanc allegationem non in iure sed in facto consistere, et nullo modo esse ueram immo extra regnum Angliæ si sereneßima regina uult dicere alia loca non tuta, oportet probare per ordinarias et regulares probationes ut in. c. ex parte el. primo de appel. et ibi traditum ꝑ omnes, nec isto casu procedit. c. statutum. ℭ. cũ uero de rescrip. li. vi. quod uendicat sibi locum tantum in iuranda suspecta ciuitate uel. dioceſi in qua uiget potentia aduersarij ut plenius. xxi. conclusione uenit discutiendum, et præterea dicebamus (quod etiam nunc dicimus) si quando ipsi hoc probarent q̃ certe credimus illos nunq̃ facturos, nos uelle contrarium probare prout probari possit contra iuramentum perhorrescentie ut in dicta conclusione luculenter ostendetur.

Octauo dicebant excusatorem in materijs dixisse regem non teneri admittendum procuratorem, ex quo inferebant q̃ ex materijs non elicitur necessarium et probabile impedimentum facti 8

sed

ſed iuris.

Reſpondebamus hanc allegationẽ eſſe erroneã, quia continet in materijs, regẽ etiã ſi uellet, non poſſe uenire ex cauſis deductis in illis materijs, ex quo manifeſte ſequit, q̃ ipſius regis ĩpedimentũ eſt neceſſarium et p̃babile, ut ampliſſime et in uoce corã. S.D.N. et ĩ ſcriptis p̃bauimus, et probamus in concluſione quarta in ordine publicata et in conſiſtorio diſputata et ex illo infert de iure regẽ non teneri ad mittendũ p̃curatorem, ut clariſſime dicebamus nos uelle oſtẽdere in diſputatione ſup octaua concluſione habẽda. Et conſequenter ſuccedere communẽ oĩm ſentẽtiã uidelicet ea quæ iuris ſunt ex facto reſultãtia poſſe ab oĩbus allegari, p̃ut tradunt comuniter oẽs in l. i. c. Vt quæ deſunt aduo. et in. c. bone el. primo de poſt prel.

9 Nono dicebãt dicti aduocati, q̃ mittere p̃curatorẽ uel non mittere eſt uolũtariũ: ex quo inferebãt, q̃ ĩpedimentũ elicitũ ex materijs erat uoluntariũ.

Reſpondebamus hãc allegationẽ eſſe indignam oĩno, q̃ recitaret, et ſimili modo argui poſſe in ĩpedimẽto neceſſario et preciſo, nã et ibi impeditus poteſt ſi uelit conſtituere p̃curatorẽ, et tamen male diceret qui affirmaret illud ĩpedimentũ eſſe uolũtarium. Et dicebamus q̃ ſi uera eſſet illa p̃poſi-

tio,

tio, destrueret decisio Bar. communiter approbata in l. accusatore. §. ad crimen uersi. dic. ergo in prin. ff. de pu. iudit. et Inno. in c. ueniens de accus. qui apte dicunt necessario impeditū non teneri ad mittendum procuratorem. Et nihilominus concludunt, posse eum defendi per excusatorem.

Decimo dicebāt q̄ rex non est citatus ad compa 10
rendū precise p̄sonaliter, sed alternatiue, uidelicet per se uel p̄ procuratorem: ex quo inferebant, q̄ rex non est impeditus impedimēto necessario sed uoluntario, ex quo potest mittere procuratorem non obstante impedimento.

Respondebamus, consequentiā istā uidelicet potest citatus, qui p̄sonaliter comparere non cogit, mittere p̄cura. ergo non est īpeditus impedimēto necessario, non esse bonā, quia si esset bona, semp esset in potestate iudicis cogere citatū impeditum impedimento necessario et p̄babili ad mittendum p̄curatorē contra. l. i. ff. de p̄cu. Et q̄ non sit bona apparet, quia canonistæ illā confundūt in. c. Cum dilecti de dolo et contu. et in. c. Querelam de p̄cura. et legistæ etiam dicunt illam esse erroneam in .l. ij. §. si quis in iud. ff. si quis caution. ubi concludunt taliter impeditum non arctari ad mittendum procuratorem.

Vndeci-

11 Vndecimo dicebant q̃ impedimentum elicitum ex Materijs non est necessarium, ex quo non est precisum.

Respondebamus illos non bene considerasse materias cum doctrina Bar. in l. accusatore. §. ad crimen uersi. dic ergo. ff. de pub. iudit.

Nam Bar. ibidem posita conclusione, q̃ excusator quilibet sine mandato admittitur ad allegandum excusationes necessarias, declarat excusationes necessarias uidelicet excusationẽ ex causa infirmitatis, excusationem ex causa captiuitatis, et excusationem ex impotentia trãseundi per iter Cum autem impotentia ineuitabilis transeundi p̃ iter est expresse deducta in Materijs, ut patet unicuiq; illas legenti, dicebamus illam allegationem esse notorie nullam.

12 Duodecimo dicebant q̃ Rex poterat uenire per mare cum classe, et per terram cum exercitu, ex quo inferebant Regem non esse omnino & precise impeditũ et consequenter non posse obicere de loco non tuto.

Respondebamus ex Materijs nostris perpendi Illustrissimum Regem nec per mare nec per terram uenire posse, et quo ad exercitũ reputatur a iure impossibile tum quia non sine Maxima difficultate

cultate que impoßibilitati comparat. l. continuus .§. Cum quis et ibi Bar. ff. de uerb. oblig. l. apud Iulianum. §. conſtat. ff. de leg. i. l. q̃ te. et ibi Bar. Alex. et Ias. ff. ſi. cert. pet. c. breui de iure iur. et ibi ab. tum quia haberet Neceſſe tranſire p̃ loca alijs principibus & regibus ſubiecta, q̃ facere non poteſt glo. in. c. omnes in uerbo fas. diſ. i.

Decimotertio dicebant hanc cauſam deſiderare celeritatem ex quo inferebant q̃ rex etiam iuſto impedimento detentus cogi debet conſtituere procuratorem. 13

Reſpondebamus hanc illationem non eſſe ueram, nec neceſſario concludentem, ut latiſſime dicebamus nos uelle oſtendere in diſputatione habenda ſuper. xij. et. xiiij. Concluſione.

Decimoquarto (propoſita per nos ſecunda concluſione) dicebant materias noſtras non continere in ſe notorium ex eo quod notorium non debet probari ſed tantum allegari. 14

Reſpondebamus materias noſtras continere in ſe notorium eo q̃ contenta in materijs ſunt omnibus nota. Et cũ hoc dicebamus falſam eſſe propoſitionem iſtam uidelicet notorium non debere probari: Nam eſt contra deciſionem canoniſtarũ in. c. ueſtra de coha. cle. et mul. et glo. in. l. ea quidem.

dem. C. de accusa. quam sequitur Bal. ibidem, et in auten. at qui semel. ℭ. Quo modo et quando iudex.

15 Decimoquinto dicebant, ꝙ materiæ nostræ erant calumniosæ ex eo ꝙ reges consueuerunt per procuratores non per se ipsos agere, ac ꝙ sit præsumendū neminem offensurū regem in itinere.

Respondebamus falso dici materias esse calumniosas, cum iure permittente proponantur, quo casu non dicitur calumnia. l. si idem cum eodem. ff. de iurisd. om. iudi. l. i. ff. ad turp. Et male consequi, reges consueuerunt agere per procuratores & non per se ipsos: ergo per excusatores non possunt defendi notorio et iusto impedimento detenti, quinimo dicebamus, ꝙ licet non sit præsumendum hominem homini insidiaturum, tamen cum illa presumptio tollatur per aliam magis uehementem, ut plene not. in. c. quia non est uerisimile de præsump. et in. l. siue possidetis. ℭ. de prob. Et in temporibus retroactis damna et pericula articulata solito contingebant, ex quibus notoria et magis uehemens presumptio oritur, ut in. c. scribam de presump. et in. l. i. C. de ard. Illustrissimus rex iusto et necessario ac notorio impedimento detentus per excusatorem citra

tra ſuſpitionem calumniæ aut malitiæ defendi po teſt, et ſi eſſet aliqua ſuſpitio de calumnia uel ma litia (ut certo non eſt) ea ſuſpitio tollitur, quando offertur probatio incontinenti. c. interpoſita de appellatio. quod quidem facit excuſator in materijs, ergo. &c.

Decimoſexto propoſita per nos tertia conclu- 16
ſione dicebant diuerſitatem eſſe ponendam inter cauſam ciuilem et criminalem, ac concluſionem procedere in criminali & non in ciuili negotio.

Reſpondebamus hoc dictum eſſe expreſſe con. tex. in. l. liberto. §. fi. ff. de neg. geſt. ac con. Bar. et Bal. ibidem, nec non contra Bal. Alex. Ang. et communiter omnes ſcriben. in. l. exigendi. C. de procura. et contra Inno. et canoniſtas in. c. ueniens de accuſ.

¶ Ex predictis apparet, q̃ obiecta aduerſariorum non obſtant nec impediunt admiſſion. excuſatoris regiæ maieſtatis.

Sexto Martij.

¶ Ex Articulis contentis in materijs alias datis ſanctitati ueſtræ eliciũtur infraſcriptæ concluſiones beatiſſime pater corã ſanctitate ueſtra et ſuo ſacroſãcto ſenat. ĩ ampliſſimo Conſiſtorio ĩ ſexta

uidelicet die huius presentis Martij p nos Sigismondum dondolum de pistorio aduocatum consistorialem et Michaelem de conradis de tuderto utriusq; iuris doctorem antedictos proposite et iustificate.

1 Regia dignitas non impedit quo minus de iure in causa de qua agitur iuxta tenorem materiarū possit obijci de loco non tuto regi secundū communem opi.

2 Impeditus probabili et necessario impedimento temporali non cogitur constituere procuratorem secundum communem opi.

3 Exceptio loci non tuti competit nedum quando locus in quo agitur iudiciū non est tutus, sed etiā quando loca media per que de necessitate eundum est ad locum Iuditij non sunt tuta secundū communem opi.

1 Prima Conclusio iustificabatur iuribus autoritatibus et rationibus infrascriptis. et primo sic. Locus iudicij debet esse talis in quo ptes tute et secure possint conuenire ut est tex. in. c. siue. xxxiij. q. ij. iuncto. c. lotharius rex. xxxi. q. ij. ubi lite mota inter regem lotharium et Thebergam eius reginam appellatione interposita mandauit Nicholaus Papa, q locus iudicij prouideatur, ubi nulla

uis mul-

uis multitudinis formidetur inde infert ibi glo. ſu per uerbo etiã locus, quam approbat Archy. Ioh. de turre cremata, et cæteri Canoniſte, quod iudex etiam tenetur de loco iudicij prouidere partibus ut in eo loco debeat de cauſa cognoſcere, ubi partes libere et ſecure ualeant conuenire ut. iij. q. ix. c. hortamur, quod ſi non fecerit licite appellatur unde applicando illam glo. ad tex ibi eſt caſus et clara deciſio q, regi et regine litigantibus in cauſa matrimoniali locus iudicij debet eſſe tutus et talis ad quem poßint tute accedere.

Secundo q, in cauſa matrimoniali locus debet 2
eſſe tutus etiam Illuſtribus tex. eſt in. c. conſtitutis el. ij. de teſtibus, Vbi Princeps Boemorũ corã epiſcopo pragen. petijt diuortium a ſua uxore, ipſa tamen uolens accedere ad dictum epiſcopum ad proponendas ſuas exceptiones et defenſiones a ſatellitibus ipſius erat impedita. Igitur ad Inno. iij. Summum Pont. appellauit, cuius appellationẽ Inno. iij. admiſit, et cauſam Archiepiſcopo Magdeburgenſi commiſit, ut ipſe partibus ad locum idoneum ideſt ſecurum ſecundum hoſti. uocatiſ. recipiat teſtes quos uel ipſa mulier pro ſe uel ipſe princeps pro parte ſua duxerint producendos: ibi eſt ergo caſus q, Illuſtribus in cauſa matrimoniali lo

cus tutus debet assignari. Sequit' ergo, q̃ regia dignitas non impedit, quo minus possit de loco non tuto sibi obijci.

3 Tertio, tex. est in concilio Lugdumensi, de quo in.c.ad Apostolice de re.iudi.li.vi.ubi Inno.iiij.aperte inquit, q̃ si Fredericus Imperator diceret, q̃ in nullo contra iustitiam læsisset Ecclesiam, uel q̃ contra iustitiã fuisset læsus, uellet uocare reges, prelatos, et principes tam Ecclesiasticos q̃ seculares ad aliquem locũ tutũ, ubi p̃ se, uel p̃ solemnes nũcios conueniret. Ex quo euidenter apparet locũ deberet esse tutũ regibus et prin. licet possint p̃ se uel p̃ nuncios aut procuratores conuenire.

Inde infert ibi glo. super uerbo, Tutum, q̃ talem locum debet assignare Iudex, alias locus est appellationi, etiam si sit scriptum appellatione remota per.c.ex parte de appellatio. et.xxxiij. q. ij. c. siue, et.l. si locus. ff. de iudi. ex qua. glo. relata ad tex. et allegata per ipsam apparet, q̃ locus iudicij debeat esse tutus regibus citatis sicut et alijs, licet possint per procuratores comparere. Sequitur ergo q̃ regia dignitas non ĩpedit, quo minus in casu nostro possit obijci de loco non tuto regi.

4 Quarto confirmatur ex eo, q̃ in graui et ardua causa reges ad locũ non tutũ sibi non tenent̃ p̃cu-

ratores

ratores mittere, tex. est in clemẽtina Postoralis. .§. Pisana de re. iudi. quæ uidetur decidere istam difficultatem, Cum ibi sententia lata contra regem Robertũ erat nulla, ex eo q̃ causa erat grauis, et q̃ locus non erat sibi tutus, nec tenebatur p̃curatorem in causa graui et ardua mittere, et sic intelligũt doc. ibidem illũ. §. et Imo. et Alex. in. l. de etate, col. ij. ff. ad Trebel. et Fely. in. c. accedens el. ij. col. iij. uersiculo, Circa quæ nota. ut lite non contestata. Et ex hoc improbaʒ illa solutio, quam affirmauerunt aduersarij uidelicet ibi sententiam fuisse nullã, quia fuit citatus personaliter, sed ideo fuit nulla, quia fuit citatus ad locũ sibi non tutũ, et in graui causa, in qua non tenebaʒ mittere p̃cu. sic in p̃posito, cũ Illustrissimus rex Angliæ prætendit citatus ad locũ non tutum in causa graui, non tenetur procuratorem mittere, nec tollitur facultas obijciendi de loco sibi non tuto.

Quinto, ubicũq; aliquis p̃hibeʒ habere copiã iudicis, uel p̃ potẽtiã aduersarij, uel p̃pter potentiã iudicis, uel etiã tertij, ex hoc solo potest p̃hibitus, licet sit p̃riceps uel rex appellare a p̃cessu iudi. ne p̃cedat. Hãc conclu. tenet Aret. post Ant. de But. in. c. constitutis preallegato. p̃ illũ tex. Sequiʒ erg. q̃ cũ illustr. rex Angliæ non potest habere copiã 5

iudicis propter loca media non tuta, q̃ rite contra eum in curia non potest procedi, ex quo facto iudicis assignantis locum, ad quem tute non possit propter loca media accedere prohibetur copiam iudicis habere, unde merito stat firma conclusio.

6 Sexto dicebatur ex mente glosarum et doctorũ in hac materia loquentium hoc dilucide patere cũ firmantes hanc conclusionem scilicet quod locus iudicij debet esse tutus ne dum domino sed etiam procuratori: allegant tex. in. c. siue. xxxiij. q. ij. iunsta glo. in uerbo etiã locus ibidem, per quem probant dictam conclusionem esse ueram, in quo lis erat in causa matrimoniali inter Regem & reginam illum eundem allegant Hosty. Abb. et cæteri Canonistæ, qui dicunt communem opi. esse pro dicta conclusione. Cum enim communis opi. doctorum fundatur super. d. c. siue, quod loquitur in Rege et regina merito Regia dignitas secundum communem opi. non impedit quominus possit de loco non tuto sibi obiici.

7 Septimo deducebatur q̃ tanta est uis ac potentia regulæ ut semper pronunciandum sit pro ea nisi de fallẽtia uel casu speciali probetur, quia non dicitur dubium, de quo est regula iuris. licet sunt

casus

casus excepti nisi de illis specialibus casibus probetur secundum Bar. in. l. quoties. ff. si quis cauto. Io. An. sup Rub. de regu. iu. li. vi. Bal in. l. si tutor in. fi. C. de ser. pig. dato et in. c. primo col. iij. de alien. iudi. mut. causa fac. iason. in. l. cetera in prin. plene. ff de legatis primo. Vbi affirmat sufficere q̃ quis habeat pro se regulam et qui uult dicere exceptionem esse in contrariũ debet illam in individuo probare. l. ab ea parte. ff. de probatio. sed regula est q̃ locus debet esse tutus tam domino q̃ eius procuratori ut in. c. ex parte de appellatio. ergo qui uult dicere illam regulam non habere locũ in regibus et sic in Illustrissimo & ĩ inuictissimo rege Angliæ tenetur hoc specifice per aliquam legem decidentem ostendere.

Octauo in quacunq; dispositione generali quã- 8
q̃ odiosa comprehenduntur illustres. c. fœlicis de penis. li. vi. iuncta glo. in uerbo cardinales in. c. ad apostolice de re iu. lib. vi. et prepositus med. in. c. in primis. §. de persona. ij. q. i. sed sic est q̃ iura dicentia locum debere esse tutum utriq; parti et earum procuratoribus sunt generalia, ut in. d. c. ex parte ergo comprehenduntur illustres. eo maxime quia dignitas debet augere et non diminuere ut patet in autem. Quæ dignitates col. vij. §. ge-

 neraliter

neraliter autem. Si sic est, dignitas regia non debet tollere facultatem obijciendi de loco sibi non tuto, cum exceptio loci non tuti ne dum est a iure ciuili sed etiam habet instinctum de iure naturæ, ut tradit Oldra. con. 45. et Doc. in clementina pastoralis. §. pisana de re iudicata.

2 Secunda conclusio confirmatur per tex. in. l. ij. §. si quis in iudicio. ff. si quis cautio. per tex. in. l. quæsitum. ff. de re iudi. per. l. eundem. ff. de legatio. infi. per tex. in. c. querelam de procurato. per glo. Bar. et communiter legistas in. d. l. ij. et. l. i. ff. de diuer. et temporali præscriptio. et canonistas ĩ d. c. querelam et in. c. cum dilecti de dolo et contuma. ex quo sequitur communis opi. doc. Sed in materijs deducitur illustrissimum regem Angliæ impeditum probabili & necessario impedimento temporali, cum asseritur ipsum non posse sine ineuitabili corporis periculo ad locum tam remotũ uenire, sequitur q̃ habet communem opi. secũ, q̃ non teneatur mittere procuratorem ex quo impeditur prædicto impedimento quominus possit per se ipsum ad locum iudicij accedere.

2 Secundo dicebatur beneficium iuris nemini esse denegandum ut in regula indultum de reg. iu. in. vi. sed beneficiũ iuris est in graui causa impeditũ impedi-

impedimento probabili et neceſſario temporali non cogi ad conſtituendū ꝓcuratorem.c. querelā de ꝓcurato.l.quæſitū de re iudi.l.i. ff. de ꝓcuratio. et alijs locis ſuperius allegatis,ergo illuſtriſsimus rex Angliæ non debet hoc beneficio ſine facto ſuo priuari pro quo facit tex.in.d.c. conſtitutis,ubi apparet q̄ princeps Boemie illuſtris in cauſa matrimoniali petijt diuortiū, & eius uxor illuſtris uoluiſſet ad iudicem accedere ad ꝓponendū actiones ſuas : et quia non erat ꝓmiſſa, appellauit, et ex hoc iuſtificata erat ſua appellatio, q̄a non fuit admiſſa, q̄ non fuiſſet, ſi non potuiſſet illuſtris in cauſa matrimoniali ꝑ ſe litigare & ſua iura allegare, inde infert Bal.ibidem in prin.regē Boemie poſſe adire epiſcopū ſuū ī cauſa matrimoniali contra ſuā uxorē : quem uidetur ſequi Aret. ibidem in uerſiculo tertio in.ij.col.merito. &c.

Tertia Concluſio confirmaī ſic, locus iudicij dicitur non tutus, quādo citatus ad illū tute non poteſt accedere, ut eſt tex.in.c.ex ꝑte el.i.de appellatio.ubi Inno.iij.inquit epiſcopo Vuigornienſi,q̄ quoties ipſū uel ſuos ad iudicē euocari contigerit, ad cuius preſentiā periculoſum erit ire,poterit appellare.Patet igiī In.iij.non ſolū conſideraſſe locū non eſſe tutū,quādo locus iudicij non eſt tutus, 3

ſed etiam

ſed etiam quando media loca non ſunt tuta per quæ de neceßitate citatus cogitur ire ad locum iudicij unde in utroq; caſu uoluit exceptionem loci non tuti locum habere, et hanc opi. tenet Oldra. conſ. xxxxiij. Calder. conſ. quinto de dilatio. Abb. et Moderni in. c. ueniens de accuſatio. Maria. ſoꝛi. in rubrica de dilatio. art. xv. q. v. Sequit ergo q, ex quo Illuſtriſsimus rex Angliæ non poreſt tute et ſecure ad loca iudicij uenire propter media itinera non tuta quod licite poßit de loco sibi non tuto obijci.

2 Secundo iuſtificabatur dicta Concluſio per tex. in. c. accedens el. ij. ut lite non conte. ubi patet q, quidam uicecomes nobilis habens cauſam matrimonialem cum ſua uxore erat citatus ad locum, ad quem non potuit accedere niſi per terram inimicorum eius, et ex quo ſcienter talem locum sibi iudices adſignauerunt ipſos fecit recuſari, et quia recuſatio ex illa et alijs cauſis propoſita non fuit admiſſa, ad ſedem apoſtolicam appellauit. Cuius appellationem Inno. iij. ibi admiſit, & licet ibi ex eo q, ſcienter talem locum adſignarunt iudices potuit illos legittime recuſare, tamen ſi ignoranter hoc feciſſent nihilominus potuit de loco non tuto obijcere ut no. Abb. in. ij. col. uerſiculo. Quinta &

ultima

ultima, & ex iſtis patet euidenter exceptionem loci non tuti non ſolũ habere locũ quãdo locus in dicij non eſt tutus ſed etiã quãdo media loca. &c.

Tertio deducebatur tex. in. l. Marcellus. ff. de do 3
natio. q, ille dicitur donare cauſa mortis qui donat ratione malæ ualetudinis uel periculi propinque mortis ſperate ab hoſtibus. &c. ut ibi et ſubdit Celſus iurecon. q, ille dicitur donare cauſa mortis ſperate qui donat iturus per loca inſidioſa, dicitur enim eſſe propinquus periculo mortis & sibi imminere propinquum mortis periculum. Cũ ergo in materijs patet dictum regem Angliæ Illuſtriſſimum non aliter poſſe uenire ad curiã niſi tranſeat per loca inſidioſa, quorum pericula ſunt ineuitabilia. &c. Ergo dicitur sibi imminere periculum mortis, ſi ergo dicitur sibi tranſituro p loca inſidioſa imminere periculum mortis, quo iure naturali uel poſitiuo dici poteſt ſibi non competere exceptionem loci non tuti? allegabatur tex. in. c. quod de his prout ibidem intelligunt glo. et ibi Inno. et Io. An. et alij de ſententia excommunicatio. ubi diſponitur q, ille dicitur eſſe in articulo mortis, qui tranſiturus eſt per loca inſidioſa, ſeu ſubiturus eſt nauigationem periculoſam, allegatur Vulp. Iurecon. in. l. ij. §. ſi quis in iudicio. ff.

ſi quis

ſiquis cautio. in uer. cum tamen ubi diſponitur, q̃ ſi quis promiſerit ſe ſtaturum in iudicio certa die, et anteq̃ ueniat dies, flumen ſic abundauerit, ut impleat omnem locum, in quo ſiſti oportet, uel aliqua fortuita calamitas eundem locum euerterit, uel præſentiam uenienti periculoſam fecerit, excuſatur ex bono et equo a dicta promiſſione, cum propter præſentiã periculoſam uenire non teneſ.

Dy. Bar. Alber. et alij interpretantur ibi q̃ ſup uenerit præſentia periculoſa quando media itinera ad iudicium ſunt periculoſa.

Conſtat igitur aperte ex prædictis iuribus, q̃ ſi loca media, per quæ quis præciſe cogitur tranſire ſiue ſint terreſtria ſiue marittima ut ueniat ad locum iudicij ſunt periculoſa & inſidioſa, q̃ citatus a non ueniẽdo iuſte & honeſte excuſatur, cũ dicatur eſſe in articulo mortis et eidem imminere inſtantum periculum mortis, prout liquidiſſime patet ex materijs, in quibus dicitur Illuſtruſſimũ regem Angliæ non aliter nec per mare nec per terram poſſe uenire in Curiam niſi tranſeat per media loca sibi periculoſa & ſuſpecta.

Ex prædictis apparet iuſtificatio dictarum concluſionum ad effectum iuſtificandi materias excuſatorias per excuſatorem datas.

Reſpon-

RESPONSA DATA .vi. die Martij in præsentia. S. D. N. in Consistorio ad allegationes aduocatorũ sereniſsimæ reginæ deductas contra tres conclusiones illa die disputatas.

Primo si quidem proposita per nos conclusione, quod regia dignitas non impedit, quominus de iure in causa, de qua agitur, iuxta tenorem materiarum possit obijci de loco non tuto secundum communem. 2

Dicebant aduocati sereniſsimæ reginæ eandem semper cantilenam canentes, q̃ duplex decretum contra excusatorem regiæ maiestatis per. S. D. N. erat interpositum, quo decernebatur eundem excusatorem sine mandato non esse audiendũ, ex quo inferebant q̃ dictus excusator ab huiusmodi decreto non appellans, iniuste petit uel disputationem super conclusionibus haberi uel materias propositas debere admitti, cum constet eundem excusatorem non habere mandatum.

Respondebamus q̃ attentis materijs et conclusionibus propositis, quas dicebamus nos uelle iustificare et defendere contra oẽs, dictus excusator de iure ad proponendum et p̃bandũ contenta in ma-

in materijs debet admitti absq; aliquo mandato, dicto duplici decreto in aliquo non obstante & præsertim cum. S.D.N. in signatura decreuit eundem excusatorem per uiam querelæ esse audiendum. Nam dictum duplex decretũ quo ad ipsum S.D.N. non trãsiuit in rem iudicatam, nec per illud aliquod ius parti aduerse acquisitũ fuit, quominus idem. S. D. N. absq; partis aduerse consensu & citra cuiusq̃ iniuriam poßit illud decretũ reuocare seu remouere iuxta dispositionem. c. cũ ceßante de appellatio. et. l. quod iußit. ff. de re iudi. (quæ procedunt etiam in interlocutoria habente uim diffinitiue, ut superius est ostensum super responso ad primum argumentũ in consistorio penultima Februarij) ac nobis super conclusionibus licentiam disputandi concedere, prout publice & expresse conceßit & indulsit, dicto duplici decreto nullo modo obstante, & utrum excusator haberet mãdatum uel non haberet dicebamus nos uelle ostendere in conclusione. vij. ubi tenemus ꝑ conclu. indubitata, quod ex litteris regijs excusatori prædicto directis inducitur sufficiens mandatum.

2 Secundo dicebãt quod de loco minus tuto obijci non potest quando uerisimile est ꝙ obijciens non

uult

uult uenire ad locum, etiam si esset tutus sed uerisimile est, ut ipsi dicebant, q̃ rex non uult uenire ad locum iudicij, etiam si esset tutus, et hoc quia reges non solent uenire ergo. &c.

Respondebamus hoc argumentum scholasticum esse, et nulla lege, nullo canone, nulla glosa; nullo doctore, nulla decisione iuris ciuilis aut canonici comprobari. Præterea falsum esse q̃ dicitur reges non solere uenire ad iudicij locum, cum contrarium reperiatur in multis locis, et præsertim in. c. constitutis el. ij. de testi. et ibi Bal. ac Aret. post Anto. de But. et alios tex. est in. c. siue iuncta glo. in uer. etiam locus. xxxiij. q. ij. prout in dicto tex. erat quæstio super matrimonio inter regem et reginam, ut. c. Lotharius. xxxi. questio. ij. Dato q̃ reges non soleant uenire ad locum iudicij, adhuc necessario non sequitur, q̃ per hoc omnino excludatur exceptio loci non tuti, ut clarissime dicebamus nos uelle ostendere in conclusione. xvij.

Tertio dicebant non posse obijci de loco non 3
tuto, quando obijciendo sequeretur absurdum, sed inquiunt, sequeretur absurdum, si hic posset obijci de loco non tuo, quod uolebent ostendere ex tribus. Primo, q̃ sedes apostolica priuaretur po-

testate cognoscendi de causis regum.

2 Secundo, q. Papa cogeretur causam existentem in curia committere alijs iudicibus extra curiam.

3 Tertio, q. nunq. ad sententiam diffinitiuam in causa ueniretur, cum omni tẽpore processus rex posset obijcere de loco non tuto.

Respondebamus hoc argumentũ similiter scholasticum esse et falso dici, quod per obiectionem loci non tuti priuaret sedes apostolica potestate cognoscendi de causis regum, et perpetuo impediretur processus: quia citra potestatis priuationem in prædictis et impedimentum processus huiusmodi, potest. S. D. N. in loco tuto securo & idoneo committere causam per deputandos a se iudices examinandam, neq; censeri debet absurdum, q. S. D. N. causam hanc sic committat, cum in multis iuris articulis et in causis omnino similibus, multi retro pontifices hoc recte et prudentissime fecerint, ut in. c. nouit de iudi. et in. c. per uenerabilem. Qui filij sunt legit. c. non est desponsa. cum alijs infinitis, nec quicquam omnino potestatis perijt cum omnia nostra facimus, quibus autoritatem nostram impartimur. l. ij. C. de ue. iure enucle. et regẽ omni tẽpore ꝓcessus posse obijcere de loco non tuto si re uera tutus non sit,

nulla

nulla lex, nulla ratio, nulla constitutio prohibet, cum habeat grauamen successiuum et non momentaneum, Archy. in. c. Hortamur. iij. q. ix. Bal. in. l. peremptorias in. iij. col. Senten. rescin. non posse. Butri. in. c. dilectos lo. ij. de rescriptis. Archi. et Dominicus de sancto Germiniano in. c. Statuimus lo. ij. de officio de legati in. vi. Spec. de appella. §. restat, et in titulo de citatio. §. primo uer. quid si reus. Alex. in. l. de etate. v. col. ad trebell. Fely. plene in. c. accedens el. ij. ut lite non conte. vi. col. uer. Decima et ultima.

Quarto dicebant q̃ in hac causa tractatur de 4
ualiditate dispensationis uidelicet an Papa potuit in hac causa dispensare, sed hoc spectat ad Papam iudicare: igitur frustratorie obijcitur de loco non tuto regi.

Respondebamus consequentiam prædictam esse falsam, cum in hac causa plura sunt examinanda, quorum respectu admodum interest regis locum habere, ad quem possit tute accedere, nec per assignationem loci tuti cessat spectare ad Papam de dicta potestate cognoscere, prout clarissime ostendetur in disputatione habenda super conclusione. xxij.

Quinto dicebãt non posse obijci de loco non tuto 5

quando ſequeretur ex hoc perpetuum impedimentum, ſed hic ſequeretur perpetuum impedimentū ſi poſſet obijci de loco non tuto, et hoc quia perpetuo rex et locus iſte perpetuo non tutus, & quia non eſt dare alium locum extra curiam tutū reginæ ergo. &c.

Reſpondebamus male eſſe conſideratum perpetuum impedimentum ad effectum, de quo agitur uidelicet mittendi procuratorem, quia ut dicebamus, et etiam nunc dicimus, nullum impedimentum ad effectum huiuſmodi eſt perpetuum, niſi illud duntaxat, per quod inauceretur peremptio iuris partis aduerſæ, niſi procurator conſtitueretur, ut puta quando quis detinetur perpetua infirmitate aut alio ſimili impedimēto. Tale autē impedimentum hic non eſt, quia ſaluo manēte iure partis aduerſæ citra conſtitutionem procuratoris in hoc loco tam remoto, et tam non tuto, cauſa poteſt committi iudicibus idoneis in loco tuto et ſecuro examinanda ut in. c. ſiue. xxxiij. q. ij, iuncta glo. in. c. conſtitutis el. ij. de teſtibus. c. ex pte de appellatio. et clariſsime oſtendetur in diſputatione habenda ſuper. viij. concluſione, et quatenus dicunt alium locum extra curiam non eſſe tutum reginæ, dicebamus hoc eſſe facti et etiā non eſſe uerum,

uerum, et quatenus hoc nitantur probare, nos clare probabimus contrarium.

Sexto dicebant præsumptionem calumniæ esse 6
contra regem, cum insolitum sit, ꝙ reges ueniant ad locum iudicij, ex quo inferebant regem non posse obijcere de loco non tuto, quasi illa cesset, ubi contra obijcientem est præsumptio calumniæ.

Respondebamus præsumptionem hanc de tanto tanq̃ cordato et bono principe ex tã leui & nullo fundamẽto collectam esse temerariam et omnino falsam per. c. constitutis el. ii. de testibus. &. c. siue. xxxiij. q. ij. cum sua glo. adeo ꝙ mirandum est, quid illis ueniat in mentem, ut huius uocis calumniæ tã frequentem mentionem faciant. Præterea dicebamus nullibi reperiri, ꝙ ex præsumptione huiusmodi nulla quidem et inefficaci excludatur exceptio loci non tuti, maxime quando illius exceptionis de loco non tuto offeratur probatio incontinenti, prout est in casu nostro, ut est tex. in. c. interposita de appel. l. si idem cum eodẽ. ff. de iurisdi. om. iudi. et presertim quando est notorium ac uerissimũ, locũ non esse tutum, quemadmodum deducitur in materijs.

Septimo dicebant ꝙ non potest obijci de loco 7

non tuto, ubi effectus est euitabilis, sed effectus est euitabilis et hoc dupliciter.

2 Primo quia in regibus cessat ratio propter quã in graui causa impeditus propter locum non tutũ non cogitur constituere procuratorem. Nam reges solent habere legatos fideles et solertes, quos oportet ipsorum regum et non proprijs uel alienis intendere negocijs, quod in alijs priuatis per locũ non tutum impeditis, qui tales legatos non habet nullo modo contingit. Secundo quia possunt euitare periculum ac impedimentum loci non tuti ueniendo associati, ergo dicebant, q; illustriss. rex non potest obijcere de loco non tuto.

Respondebamus argumentum hoc scholasticum nullius esse ponderis et minorem argumenti prædicti non esse ueram. Præterea male inferri ad exceptionis loci non tuti exclusionem seu procuratoris constituendi necessitatem, ex eo q; reges possint et soleant habere tales legatos, ac etiam ualeant associati uenire, quia ista neq; excludunt exceptionem loci non tuti, neq; inducunt necessitatem constituendi procuratorem, presertim cum legati huiusmodi extra iudicialia non iudicialia soleant pertractare. Porro uenire ad locum iudicij

dicij associatum reputatur a iure impoßibile, ut latius deductum fuit in reſponſis ad obiecta in priori diſputatione, & dicta opinio q̃ debeat uenire aſſociatus, eſt communiter damnata in. c. ex parte el. primo per ſcribentes ibidem de appel.

Octauo dicebant q̃ quando citatus eſt illuſtris, 8
et ita perpetuo impeditus ratione dignitatis, non poteſt obijcere de loco ſic, ut non teneatur mittere procuratorem. l. pen. C. de procuratio. cum auten. ſequen. et corpore unde ſumitur, ſed illuſtriſßimus rex eſt talis ergo. &c.

Reſpondebamus q̃. d. l. pen. cum auten. ſequen. et corpore, unde ſumitur non obſtant, quia ibi tantum prohibentur illuſtres eſſe in ſtrepitu iudiciario per ſe litigando et iudicium exercendo, ne detrahatur eorum dignitati, ſed nullo iure prohibitum eſt, q̃ illuſtres et ſuper illuſtres poßint eſſe in ciuitate et in loco ubi iudicium obſeruatur, quippe cũ tunc ceſſat ratio allegata in dictis iuribus, Ergo cum regula ſit neminem poſſe in ea ciuitate conueniri uel citari, in quam non poteſt tuto intrare prout eſt tex. in. c. ſtatutũ. §. Cũ uero iũcta gloſa in uerbo non audens, q̃ ſequit Domi. Phi. et Canoniſte communiter ibidem ac tex. in

Clemẽtina prima de foro com. iuncta glo. in uerbo fautoribus, nec reperitur, q̃ illustres sint excepti ab illa regula, merito eidem est standum p̃ not. Bar. in. l. quoties. ff. si quis cautio. Io. An. sup rubrica de regu. iu. li. vi. præsertim in causa grauissima, ubi non nihil refert, q̃ pars principalis interfit causæ suæ non solum ne in ipsa colludatur, sed etiam ut instruat et informet, ut in. l. si suspecta. ff. de inofficioso. testamento. l. Paulus. ff. de procurato. glo. fi. in. c. ij. de procurato. in. vi. ex quibus apparet, q̃ illustris, licet aliquando teneatur constituere procuratorem, non tamen ex hoc sequitur, q̃ non possit de loco sibi non tuto obijcere: et hec erat prima responsio ad dictã. l. pen. cum auten. sequen. et cor. unde sumitur.

2 Secunda vero responsio erat, q̃ dicta. l. pen. cum auten. et corpore. huiusmodi, non habent locum in causa matrimoniali, prout est tex. in. c. constitutis el. ij. de testibus. Vbi princeps Boemie perijt coram episcopo Praginensi diuortium, et eius vxor illustris uolebat accedere ad ipsum episcopum, ut proponeret actiones suas, et quia non erat admissa, appellauit, et sua appellatio ex hoc erat iustificata. et Inno. iij. commisit causam Archiepiscopo Magdeborgensi, mandans locum idoneum et

neum et ſecurum partibus aſsignari. Ex quo apparet, ꝙ non ſolum perſonæ illuſtres poſſunt per ſe in cauſa matrimoniali litigare, ſed etiam ꝙ locus tutus debet eis aſsignari, et profecto tex. ille adeo eſt expreſſus, ꝙ ſi in illo tex. eſſent iſta uerba, princeps Anglorum, ſicut ſunt princeps Boenorum, dicti aduocati in hac materia diſputarent contra expreſſum caſum legiſlatoris. Et ex iſtis ſequitur, ꝙ dicta. l. pen. cum ſua auten. quæ loquitur in cauſis pecuniarijs non habet locum in cauſa matrimoniali, & poſito ſine preiudicio ueritatis, ꝙ haberet locum, non tamen negat quin locus iudicij debet eſſe tutus tã domino licet illuſtri q̃ etiam eius procuratori, ut eſt communis opi. approbata in glo. prima in. c. ex parte preallegata, quæ allegat prenot. c. ſiue. 33. q. ij. ꝑ quibus facit. c. ad apoſtolicæ de re iu. in. vi. ubi uult Inno. iiij. ꝙ licet reges et principes poſſunt per ſe uel per ſolemnes nuncios comparere, locus tamen debet eſſe ipſis regibus et principibus tutus et ſecurus, neq; obſtat quod ſcripſerunt antiqui poſt Vbertum de Bobio uidelicet ꝙ illuſtres non poſsunt eſſe in iudicio, ne horribiles et terribiles uideantur iudici, quia hæc terribilitas cenſura canonum non eſt recepta, ut in. c. nouit de

iudi. ubi Inno. iij. commisit causam inter regem Angliæ et regem Francorum existentem cuidam légato existenti in Francia, similiter in.c. p. Venerabilem, Qui filij sunt legitti. ubi causam uertentem super matrimonio inter regem Franciæ et eius regiñ commisit legato existenti in Francia, similiter in.c.cum olim el.ij.de resti. spoi. ubi causam uertentem inter regem Legionen. et filiam regis Castellæ commisit prælatis existentibus in regno, et causam uertentem inter regem Angliæ et eius filios commisit prælatis de Anglia existentibus ut in.c.non est, de sponsa.et facit.c.constitutis prius allegatum. Vbi Bal. q, rex Boemiæ potest adire episcopum suũ in causa matrimoniali contra suam uxorem, quem sequitur Aret. Ex quibus manifestum est sacros canones non approbasse dictam rationem terribilitatis, nec de ea curasse, immo illustres ad locũ iudicij admisisse dicta ratione non obstante. Præterea dictam terribilitatis rationem nec admiserũt iura Cæsarea. Nam habetur in.l.ij.§.iij.C. Vbi senatores uel clarissimi q, illustres in ciuilibus et criminalibus debeãt conueniri in ipsorũ domicilio, patet itaq; utraq; censura dictam rationem antiquorum esse reprobatam et.d.l.pen. cum auten. et

corpore

corpore huiusmodi non obstare, quo minus procedat conclusio.

Nono dicebant, q̃ serenissima regina præstitit 9
iuramentũ p̃ horrescẽtie, ex quo inferebãt, q̃ causa non debet alibi extra curiã committi, et consequẽter q̃ hic non potest obijci de loco non tuto.

Respondebamus iuramentũ p̃ horrescentiæ non habere illã uirtutem, ut uel impediat commissionẽ in hac causa extra curiã, uel tollat exceptionem loci non tuti, ut dicebamus nos uelle clarissime ostendere in disputatione habenda super conclusione. xxi. Ad quem locum fecimus remissionem, ne confunderẽtur conclusiones, et ad conclusionem. xxiij. ubi de illa re latius dicetur.

Decimo dicebant, q̃ respicit fauorem illustrium, q̃ per se non ueniant, sed quod teneantur mittere procuratores, ex quo inferebant, q̃ illustrissimus rex tenetur mittere procuratorem, nec potest obijcere de loco non tuto. 10

Respondebamus illationem prædictam esse falsam et contra tex. sæpius allegatũ. c. constitutis, quia in causa matrimoniali reges possunt litigare per se, & est ratio, quia si aliter diceretur, sequeretur, q̃ reges autoritate iuris canonici cogerentur salutem animæ suæ alteri commit-

committere, quod est absurdū dicere, quia essent deterioris conditionis q̄ cæteri: nec ast uera illatio qua inferunt regem non posse de loco non tuto obijcere, cum sit contra communem opi. de qua per glo. primam in. c. ex parte de appellatio. prout allegat tex. in. c. siue. xxxiij. q. ij. quæ loquitur in rege et in causa matrimoniali.

11 Vndecimo proposita per nos supra dicta conclusione uidelicet q̄ impeditus probabili et necessario impedimento temporali non cogitur constituere procuratorem secundum communem. Dicebant dicti aduocati, q̄ allegare regem non tēneri ad mittendum & constituendum procuratorem, est allegare impedimentum iuris & non facti, Ex quo inferebant, q̄ excusator ad id allegandum sine mandato non debeat admitti.

Respondebamus allegationem nostrā non bene ab illis cōsiderari: nam allegatum est per nos regem illustrißimum non posse uenire ad locum tam remotum, sed impediri ne hoc faciat ineuitabiliter, ex quo dicebamus sequi de iure sine aliqua nostra allegatione regem non teneri ad mittendum procuratorem, q̄ nam iuris conclusione in ex facto resultantem a quolibet posse supplere. ostēn. super. viij. argumēto. pri. con. propo. penul.

penul. Februarij, et plenius ostendetur & appa. in responso ad. xiiij. argu. factum in consistorio. xiij. Martij. ita q̃ illatio prædicta aduersariorum tanq̃ fundata super falso fundamento manifeste corruit.

Duodecimo dicebant q̃ allegare impedimenta 12
deducta in materijs, est allegare impedimenta non præcisa: ex quo inferebant, q̃ excusator ad illa alleganda non debet sine mandato admitti.

Respondebamus impedimenta deducta in materijs non esse bene per illos considerata, quia deductum est in materijs, q̃ impedimenta regiæ maiest. sunt ineuitabilia, et alia quæ non possent quouismodo per illustrissimum regem tolli, et p̃ consequens necessaria & præcisa: unde dicebamus, q̃ excusator tam et si mandatum non haberet, posset tamen illa de iure allegare.

Tertiodecimo dicebant q̃ petere locum tutum 13
assignari, seu locum tutum eligere, uel causæ assistere, dependet a uoluntate regiæ maiestatis: ex quo inferebant, q̃ excusator cum ab ipso rege mandatum non habeat, nec ipsius uoluntatem cognoscit, utrum uelit assistere, aut locum tutum petere, non debet audiri.

Respondebamus, controuersiam hic esse non de

loco

loco tuto petendo uidelicet utrum excuſator poſsit locum tutum petere aut eligere, nec etiam an rex uelit uel nolit cauſæ ſuæ aſsiſtere : ſed tantum hic queritur, an impeditus impedimento probabili et neceſſario temporali cogatur conſtituere procuratorem, ad quam rem omnes uident obiectionem eſſe impertinentiſsimam : Nihilominus dicebamus q; docto, q; rex non poſsit ad loca tam remota uenire, ſtatim infertur de iure, q; debet habere locum tutum sibi etiam non petenti aſsignatum, ut dicitur in concluſione. xviij. Præterea etiam infertur de iure, q; poſsit in illo loco absq; aliqua noſtra allegatione cauſæ ſuæ ſi uelit aſsiſtere.

14 Quarto decimo dicibant q; cum in concluſione ꝓpoſita conſideretur impedimentū probabile, et impeditus tali impedimento teneatur ſecundum eos conſtituere procuratorem : Concluſio prædicta non eſt uera.

Reſpondebamus illos non bene ponderaſſe concluſionem, quæ loquendo de impedimento non ponit de neceſſario tantum, nec de probabili tantum, nec de temporali tantum, nec de impedimento ſimpliciter, Sed ponit copulatiue de omnibus uidelicet neceſſario probabili et temporali. Vnde ma-

de manifestum esse dicebamus argumentum non attingere conclusionem.

Quinto decimo dicebant q̃ impeditus impedimento necessario tunc non tenetur mittere procuratorem, quando impedimentum est præcisum, sed impedimentum præcisum non est in casu proposito, ut illi dicebant, ergo. &c. 15

Respondebamus falso dici, q̃ impedimentum necessarium præcisum non est deductum in conclusione, quia cũ dicta conclusio loquens de impedimento necessario probabili et temporali eliciatur ex materijs, & materiæ omnino loquantur de impedimento necessario preciso, manifestum est necessariũ preciſum esse deductũ in conclusione.

Sexto decimo dicebant q̃ nos sumus in perpetuo et non in temporali impedimento, unde inferebant q̃ rex impeditus tenetur mittere procuratorem. 16

Respondebamus assumptum esse falsum, quia ut liquet ex materijs, ex quibus elicitur conclusio impedimentum deductum est temporale eatenus scilicet duraturum, donec detur locus tutus et securus, ac iudices assignentur idonei p̃ causæ examinatione: unde cũ impedimentũ puenirit facto iudicis committẽtis causã ĩ loco non tuto, aduersa

parte.

parte procurante, et per iudicem posſit momento tolli, impoſsibile eſt q̃ ſit perpetuum, prout expreſſe apparet in Glo. communiter appro. in uer. non audens, in. c. ſtatutum. §. cum uero de reſcriptis in. vi.

17 Decimo ſeptimo dicebant q̃ cauſa matrimonij requirit celeritatem, ex quo inferebant q̃ ſicut in cauſa electionis, quæ requirit celeritatem, impeditus qualitercunq; tenetur procuratorem mittere allegando. c. Cupientes. §. q̃ ſi per. xx. de elect. in. vi. Ita dicendnm eſſe in cauſa matrimoniali.

Reſpondebamus malã eſſe conſequentiam iſtã, cauſa requirit celeritatem, ergo impeditus ſemp tenetur mittere procuratorem, nam certum eſt q̃ cauſa beneficialis requirit celeritatem, ut in clementina diſpendioſam de iudi. et tamen manifeſtũ eſt, q̃ impeditus in cauſa beneficiali non tenetur mittere procuratorem, ut eſt tex. in. c. ij. de procurat. Præterea dicebamus, q̃ in cauſa abſenciæ iuſtæ non eſt omnino bonum argumẽtum a cauſa electionis ſeu matrimonij ſpiritualis, ad cauſam matrimonij carnalis, ut eſt tex. ĩ. c. quoniam. §. q̃ ſi forſan ut lite non conte. et uerum eſſe quod dici ſolet argumentum a ſimili deficere data diſſimilitudi-

litudine. Præterea dicta consequentia habet contra se tex. in. c. siue. 33. q. ij. relatum ad glo. pri. communiter appro. in. c. ex parte el. pri. de appel.

Decimo octauo proposita per nos tertia conclu 18
sione, uidelicet q, exceptio loci non tuti competit, ne dum quando locus, in quo agitur iudicium non est tutus: sed etiam quando loca media, per quæ de necessitate eundum est ad locum iudicij, non sunt tuta secundū communem. Dicti aduocati confitebant eandem conclusionem esse ueram in iure, tamen dicebāt non facere ad negociū, quia pcedebat respectu ptis principalis et non respectu pcuratoris, cui dicebāt tam locū iudicij q̄ media loca, p quæ peruenitur ad locū iudicij esse tuta et ideo non posse obijci de loco non tuto.

Respondebamus et acceptantes primum, q, ex aduerso dicebatur, uidelicet ueram de iure esse conclusionem propositam q, limitatio prædicta de iure non erat uera, quia est contra dictum. c. ex parte et communem opi. doctorū ibidem prout de hoc, et etiam quomodo conclusio prædicta faceret ad negociū dicebamus nos uelle clarissime ostendere in disputatione habenda super conclusione. xvij. qui est locus peculiaris et proprius pro illa materia.

EX ARTICVLIS CONtentis in materijs alias. S. V. datis beatiſſime pater eliciuntur infraſcriptæ concluſiones coram eadem ſanctitate ueſtra et ſuo ſacroſancto Senatu in ampliſſimo conſiſtorio, Die. xiij. Martij pro parte excuſatoris regij propoſitæ et diſputatæ.

1 TENOR MATERIArum non concludit tale impedimentum (regia dignitate non conſiderata) propter quod de iure in hac cauſa rex cogatur conſtituere procuratorem ſecundum communem.

Imo ſtantibus prædictis materijs et conſideratione rex in hac cauſa non cogitur conſtituere procuratorem.

Cauſa de qua agitur eſt grauis ſecundum communem.

Prima concluſio iuſtificabatur iuribus rationibus atq; auctoritatibus infraſcriptis beatiſſime pater ut nouit Sanctitas ueſtra, Sancti patres in eorum decretis, ſummi pontifices in eorum decretalibus, quorum doctrinam ſecuta eſt glorioſiſſima

ſiſſima ſchola Canoniſtarum, imperatores in eorum placitis, Iureconſulti in eorum reſponſis, plebs in eius plebicitis, Senatores in eorũ ſenatus conſultis. Prætores in eorũ edictis, quorũ prudentiam ſecuta eſt illuſtris ſchola legiſtarum libramine rationis diuinæ & humanæ: conſideraue-runt iniquum et inhumanum eſſe citatum in iudicio impeditum iuſta neceſsitate cogi conſtituere procuratorem, et ꝙ ſine culpa ſua auferritur sibi indultum a iure beneficium conſtituendi procuratorem pro arbitrio & uoluntate ſua, ut not. In. c. fi. de iuramento calumniæ. l. fi. C. de procurat. l. prima. §. uſus. ff. eodem iuncta regula indultum libro. vi. de regu. iu. Accedunt notata in. c. ſatis per uerſum. lvi. diſt. et in. c. inuentum xvi. q. ultima et in. c. conquerente de reſtitut. ſpoliat. in quibus notatur, Quempiam iure ſuo ſine culpa priuari non debere.

Conſiderauit inſup eadem iuris prudentia, abſurdum eſſe aliquem ſine culpa ſua et facto tertij, id eſt impedimento accedente in perſona tertij, ſi ob illud non cogeretur conſtituere ꝓcuratorem, iure ſuo effectualiter priuari, ut ſupra dictum eſt.

Quare eadem iuris prudentia æqua diſtinctione, ut eſt præſentis ſpeculationis diſtinxit.

Aut citatus est impeditus probabili & necessario impedimento temporali non longo tempore duraturo, et non cogatur constituere procuratorem, et in hãc sententiam omnes conueniunt in.l. quæsitum de re.iudi.in.l.ij.§.si quis in iudicio.ff.si quis caut.Bar.in.l.i.ff.de diuer. et tẽporali prescrit.pet.et Cy.in.l.prima.c.de milit.resti. doc.in.c.cum dilecti de dolo et contuma. et in.c. querelam de procurat.imo et Ang.in.l.si quis instituatur. ff. de hered. instituen. Bal. in. c. primo quo tempore mi.

Aut est impeditus longo tempore, quod dixit. Cy. Post Pet.in.d.l.i.C.de resti.mili.esse tempus quinquẽnij et ultra, et in isto membro est maior perplexitas et doctorum conflictus, q̃ sit in hac materia. Reperitur.n.triplex op.una est glo.in.c. cum dilecti in uer. responsalem ad fi. de dolo et contuma.glo.in.c.si egrotans.v.q.iij. spec. in tit. de procurat.§.ij.in.fi. Hosty.in summa eo.titu.§. et in quare Bar.in.l.ij.§.si quis in iudicio imo.in.l. quesitum col.iij. q̃ tale impedimentum longo tempore duraturum equiparetur perpetuo et taliter impeditus cogeretur constituere procuratorem.

Sed et hanc sententiã temperarũt glo.et Hosty. ut supra et alij, dummodo ita facili possit in ista causa

cauſa inſtrui iudex et informari a procuratore, ut a parte alias ſecus, Sed bene nouit ſanctitas. V. q̃ dato q̃ eſſemus in rege impedito longo impedimento quod eſt falſum, ut ſtatim deducam in cauſa de qua agitur, cuius inſtructio et informatio pendet a ſecretis et conſcientia tam illuſtriſſimi regis q̃ illuſtriſſimæ reginæ, iudex non ita de facili ac plene et abundanter poſſit informari per procuratores regis, prout per ipſum regem: ergo ſecundum iſtam opi. non cogitur conſtituere procuratorem.

Alia et ſecunda fuit opi. Bar. ff. de diuer. et temporali preſcrit. quã ſequitur Abb. Imo. et Butri. in c. cum dilecti et in. c. querelam de procurat. quod ſi tale impedimentum uenit ante iudicium, non cogeretur conſtituere procuratorem: ſin autem uenit poſt iudicium, et cogatur per tex. in. l. eundem ff. de legat. ſed tale longum prætenſum impedimentum, ſiue conſideretur per reſpectum ad regiam dignitatem, ſiue per reſpectũ ad materias, uenit regi ante motũ iudiciũ, et ſic ſecundũ hanc ſententiã non cogit rex conſtituere pcuratorem.

Tertia fuit opi. Alex. et moder. in d. §. ſi quis in iudicio, q̃ in cauſa graui longũ impedimentum nullo modo equipollet perpetuo, et non cogatur 3

rex constituere procuratorem qua attenta, iustitia regis est in claro.

Aut est impeditus citatus perpetuo impedimento, et tunc utraq; schola Canonistarũ & legistarum in locis supra allegatis per glo. in dicto. c. cũ dilecti conuenit in hanc sententiam, q̃ cogatur constituere p̃curatorem, ne alias stante illa ꝑpetuitate impedimenti precise ius uolẽtis illud experiri & non ualentis, redderetur omnino inutile et inefficax, ita utraq; schola ĩ locis supra allegatis.

Veniendo ad conclusionem, ut supra dixi, et statim ostendam dato q̃ ex materijs nostris eliceretur temporale impedimentum longum quod est falsum, tamen rex (retenta quacumq; ex dictis opinione) non cogeretur constituere procuratorem, q̃ etiã non eliciatur perpetuũ ex materijs, et sic cesset tertium membrum patet.

In præsenti materia ille dicitur perpetuo impedimento impeditus, qui incuitabiliter ac sine intermißione temporis usq; ad eius uitam est impeditus, ut diffinit iurisconsultus in. l. ij. ff. de except. l. eum debere columnam. ff. de seruit. urba. prædiorum. l. humanitatis intuitu. c. de impube. l. pen. ff. de uocat. munerum in. l. iij. c. quæ morbo. li. x. Glo. in uer. perpetuo, ubi Dominicus de. S. Gemi-

Geminiano ad fi. in. c. ſi gratioſe de reſcrip. li. vi. ut eſt ſurdus, mutus, deſtitutus membris, adeo q̃ non poſsit equeſter uel pedeſter ire, uel conſtitutus in tali infirmitate qui iudicatur in uita ſua alicui rei peragẽdæ ſupereſſe non poſſe Glo. Inno. et Imo. in. c. ſciſcitatus de reſcriptis habetur in. l. iuris peritos. ff. de excuſat. tut. ubi poſt iuris conſultum illud dicitur perpetuum quod eſt ſine præfinitione loci et temporis habetur. c. quod de his. c. quamuis. c. ea noſcitur. c. de cætero, et ubiq; per Inno. Hoſty. et moder. de ſententia excommunicatis. Quo caſu ſi taliter impeditus uocatus ad iudicium non cogeretur conſtituere procuratorem, Cum ille ueriſimiliter quousq; uixerit non poſsit in eo eſſe, profecto redderetur ius illud uolentis experiri inefficax et inane, facto alterius et ſine culpa ſua: ideo hoc caſu iuris prudentia ordinauit illum cogi conſtituere procuratorem, ne eius ius perire deberet. Cum iuris prudentia dilationem non peremptionem iuris alicuius conceſſerit. l. quoties. C. de preci. c. ſi perpetua de reſcriptis. libro. vi. c. ſi tibi conceſſo de preben. libro. vi. c. quamuis de reſcriptis eo. li. c. ſuper eo de officio delegati cum ſimilibus.

Vt alias dicimus ratione de qua ſupra, q. licet

magiſtratus dum in eo eſt conueniri non poßit ut not. in. l. ij. de iuris uocan. l. pars litterarum. ff. de iudi. l. nec magiſtratus. ff. de iniurijs et not. in. c. legebatur de maio. et obe. tamen ſi eſt magiſtratus perpetuus et non temporalis, poteſt conueniri, ut notant doc. in locis ſupra allegatis, ne alias propter perpetuitatem periret ius illud uolentis experiri, et eſt conſideratio. Bar. in. l. ij. §. ſi quis in iudicio et in. l. prima. ff. de diuer. et temporali preſcrip. inde eſt q. etiam magiſtratus temporalis eo durãte poteſt conueniri caſualiter ſcilicet ne pereat ius illud experiri uolentis, ut not. in dictis locis et in. l. Senatusconſulto. ff. de offitio preſidis.

Prout dicimus, q. durante tutela uel cura, non conueniuntur tutores et curatores, ut reddant rationem, cum ſperatur tale impedimentum ceſſare adueniente pubertate uel legittima etate, ſecus in curatore mente capi cum præſumatur durare perpetuo in illo morbo. l. iij. C. de uſu fructu ut not. in. l. ſi finita. §. fin. ff. de tutelis et rationibus diſtra. et in. l. aduerſus in. l. rationes. C. de admini. tut.

Et idem in iudice et aduocato, quorum impedimentum ſi ſit perpetuum non differtur iudicium,

ſecus

ſecus ſi breui tempore duraturum. l. ij. §. ſi quis in iudicio. l. ſi longius. ff. de iudi. not. in. c. primo ut lite non conte.

Et idem dicimus. P. S. Nam ut nouit S. Veſtra Inno. ij. uoluit ipſo iure eſſe excomunicatos illos, qui manus uiolentas iniecerunt in clericos ſeu eccleſiaſticas perſonas, a qua non poßint abſolui niſi a S. ueſtra, uel eius legato de latere. Superuenerunt tamen Inno. iij. Clemens. iiij. Alex. iij. Qui ordinarunt, q; impediti perpetuo impedimento plene poßint abſolui ab ordinarijs locorum; ne alias perpetuo impeditis uenire ad curiam ſalus animarum ipſorum interiret, ſi autem eſſent temporali impedimento impediti, ut pauper infirmus uoluerunt eos abſolui ab ordinarys propter periculum animæ cum hoc q; ipſi cum ceſſauerit tale impedimentum temporale ueniant ad. S. V. mandatum eius humiliter ſuſcepturi et impleturi. Conſtat igitur ex prædictis in materia præſenti illum dici perpetuo impeditum, qui ineuitabiliter ac ſine intermißione temporis et ad uitam ſuam eſt impeditus, quo impedimento ſtante niſi taliter impeditus cogeretur conſtituere procuratorem utiq; periret ac inutile et uanum redderetur ius illud experiri uolentis.

Inferendo

Inferendo igitur ad casum nostrum, in materijs nostris non dicitur tale, quod ex quo argui possit illustrissimum regem Angliæ esse perpetuo impeditum, quo magis cogendus sit constituere ꝑcuratorem.

Nec infertur ex locis suspectis medijs in dictis materijs allegatis, uel ex ruina regni ob eius absentiam, si accurate considerentur materiæ: inferendo igitur de tempore ad locum ut infert iurisconsultus in.l.uiuum.ff.si cer. pet. Oportet ꝙ illatio fiat cum suis qualitatibus Bar. in. l. prima ff.de recept.cum similibus.

Quo ad tempus autem dicitur perpetuitas, quãdo est sine aliqua intermissione, et est ineuitabile. d.l.ij.de exceptio.l.eum qui.ff.deseruit.urb.prædi. ita debeat esse in locis.pro hoc est tex.in.d.l.iuris peritos in prin.ubi Bar.supra allegat. Sed hoc est falsum: ergo. &c. Cum non dicatur in materijs, ꝙ ineuitabilter et sine intermissione locorũ, Si rex Angliæ esset recessurus ex regno, deberet transire per loca insidiosa, et immineret ruina regni: sed dicimus ad loca tam remota, et sic non negamus, quin ad alia loca propinqua & regiæ Maie. uicina et utriq; parti tuta, regia Maie. possit uenire et iudicium subire, ac dictam regi-

nam ius

nam ius ſuum experiri et defendere.

Vt alias dicimus in proximioribus terminis ad hoc ut ratione locorũ aliquid concludatur, oportet dicere de omnibus locis, ut dixit Maria Soz̃i. in rubrica de dilatio. art. xviij. q. v. Cũ quo tranſeunt moderni in. c. ex parte de appellatio. ſcilicet q̃ ille qui uult allegare locum iudicij non eſſe tutum ratione mediorum locorum in terminis. c. accedens el. ij. ut lite nõn conte., neceſſe eſt q̃ concludat ĩ oĩbus locis medijs alias ſi daretur unus locus medius tutus, per quem poſſit irè ad locum iudicij licet non p alia loca, quæ non eſſent tuta. tamen non poſſet allegare exceptionem loci non tuti ita in propoſito noſtro. &c. Ad hoc q̃ ratione loci non tuti ſit perpetuum impedimentum, oportet q̃ concludatur omnem locum eſſe non tutum merito. &c. Pro ut non obſtat, ſi dicatur non poſſe negari, quin ſaltem poſt incoatum pretenſum iudicium in curia ex præfatis materijs eliciatur impedimentum tale, quia dicitur talem conſiderationem quo ad baptiz̃andum, perpetuũ impedimentum ad effectum de quo ſupra iuri conſentaneam non eſſe, et confunditur per tex. in. c. ſtatutum. §. cum uero ubi tex. cum glo. in uer. non audens ubi communiter doc. de reſcriptis. li. vi. Pone.

vi. Pone. n. ut dicunt doctores Gebellinos regere aliquã ciuitatem expulsis Guelfis, contra Guelfum ibi committitur causa, cuius uigore citatur, & iudicium incoatur: certe per Guelfum potest obijci exceptio loci non tuti, dicto. §. cum uero, ubi glo. at secundum obiectum (ex quo uerum est ratione dicti loci dictum Guelfum perpetuo impeditum) cogeretur constituere procuratorem, nec posset allegare locum non tutum. Quod an habeat saporem iuris, nemo est qui nesciat. ratione enim locorum non tutorum, non causatur perpetuum impedimentum, cum alia loca secura utriq; parti de facili reperiri possint.

Deluderentur etiam attenta dicta consideratione iura dicentia citatum ad locum non tutum posse excipere de loco non tuto, nec posse cogi constituere procuratorem, cum tunc uerum esset dicere secundum dictam rationem citatum, quo ad locũ illum, esse ꝑpetuo impeditũ, & per consequens cogi constituere procuratorem, nec de loco non tuto obijcere posse, quod q̃ sit iuri conueniens omnibus constat. Dicendum est igitur, q̃ non dicitur impedimentum perpetuum ratione loci non tuti etiam perpetuo ipsi citato ad effectum,

ctum, ut cogatur constituere procuratorem, ut iura considerant, cum ex uno loco non tuto non inferatur iuris peremptio, quæ inferri debet, ut contemplantur doctores, ut dicatur tale impedimentum ad effectum, de quo supra cum alia loca tuta et secura partibus reperiri possint, in quibus ius habens experiri et defendere commode possit.

Secundum prædictã esset in potestate partis 2
tollere aut interdicere alicui beneficium duplex, citando dolose aduersarium in aliquo loco sibi suspecto, primum ut non possit obijcere exceptionem loci non tuti, secundum quod cogeretur constituere procuratorem : Ex quo secundum obiectum causaretur perpetuum impedimentum, quod utiq; q̃ sit absurdum patet lippis et tonsoribus. l. ne in potestate. l. si quis rem. ff. de arbitris. l. si idem cum eodem regula indultum. c. ab eo de elec. li. vi. l. id quod nostrum. ff. de regu. iur. l. fin. ff. de pact. l. si post mortem. §. fin. de bonorum posses contra Tab.

Præterea quãdo tolli potest impedimentũ p̃ iudicem, illud dici non potest ꝑpetuũ Bal. Pau. de Ca. et alij in. l. Quibus diebus in prin. ff de conditio. et

ditio. et demonſtratio. Sed impedimentum, quo eſt impeditus illuſtriſsimus rex Angliæ, poteſt tolli per iudicem, ſcilicet per. S. D. N. cum ſuo ſacro ſancto Senatu ſcilicet ꝓuidendo de loco idoneo et ſecuro utriq; parti iuxta doctrinam Inno. in. c. ex parte de appellatio. Ergo non dicitur perpetuum.

2 Secunda concluſio ſic iuſtificabatur, Si illuſtriſsimus rex impeditus, ut in materijs non poſſet obijcere de loco non tuto, immo eo non obſtante cogeretur ad locum, quem dicit non eſſe tutum mittere procuratorem, hoc contingeret uel ratione impedimentorum, uel ratione dignitatis, uel ratione cauſæ, de qua agitur: ſed ratione impedimentorum, uel ratione dignitatis, uel cauſæ non cogitur ꝓcuratorem mittere: ergo concluſio eſt firma & bona, q̃ ratione impedimentorũ non cogitur mittere ꝓcuratorem, immo propter impedimenta excuſatur a miſsione procuratoris, hoc manifeſtum eſt ex materijs. Nam in materijs continent impedimenta neceſſaria & probabilia temporalia uidelicet abſentia ratione reipublicæ reſpectu locorum tam remotorum, & ratione loci non tuti, ac etiã q̃ loca media terreſtria & maritima, per que oporteret illuſtriſſ.

regem

regem transire, si ad curiam uenire deberet, sunt suæ Maiestati ualde suspecta & insidiosa, & talia quod sua Maiestas per illa transeundo diceretur esse propinqua morti et periculum mortis ei imminere, ut est tex in.l.mortis cum.l. sequen.ff. de donatio.causa mor.immo esse in articulo mortis, ut est tex.in.c.quod de his et ibi Inno.Hosty. et alij de sententia excommu. Sed iura omnia et doc. dicunt, q; talia impedimenta non arctant ad constituendum procuratorem; immo excusant, ne quis sic impeditus teneatur procuratorem constituere, prout habetur & notatur in.c.querelam de procurato.c. cum dilecti de dolo & contu.l.ij. .§.si quis in iudicio.ff. si quis cautio. l. prima & ibi Bar. ff. de diuer. & tempo. præscrip. ergo ratione impedimentorum rex non cogitur procuratorem constituere, pro quo facit communis opi. communiter approbata in.c. ex pte el.primo de appellatio.in glo.prima et glo.ĭ.c.siue. xxxiij. q.ij. Quibus in locis habetur, q; in causa matrimoniali uertente inter regem et reginam locus debet esse tutus non solum domino sed etiam procuratori, et econuerso: facit etiam.c.ad apostolice in uer.locum tutum de re iudi.li.vi. et ibi glo. quæ allegat dic.c.siue cum glo.ibidem. Quod autem ra-

tem ratione dignitatis non cogatur constituere procuratorem, hoc etiam patet tum quia locus non tutus regi, tum quia causa matrimonialis ut plene dicebatur in disputatione habita. vi. Martij super conclusione primo posita et disputata. Porro q̃ ratione causæ (stantibus materijs) non teneatur constituere procuratorem, hoc apertissimum est per communem opi. in. d. c. ex parte ubi glo. i. ibidem et glo. uer. locus in. d. c. siue et glo. in d. c. ad apostolice & dicta est communiter approbata.

Ex quibus omnibus sic coniunctis apparet q̃ stantibus materijs et consideratione illustriss. rex nullo modo cogitur constituere procuratorem, cum ut alias ostensum est ex eisdem materijs non resultat impedimentum perpetuum, nec etiã longo tempore duraturum, cum committendo causam ad locum tutum quodlibet ipsorum impedimentorum cessabit, & quatenus esset longum, non officeret, ut plenius in superioribus disputationibus est demonstratum.

3 Tertia conclusio iustificabat ex communi opinione in. c. si pro debilitate de officio delegati, & ex. c. primo de consangui. & affini. et eam sic iustam esse fatebantur aduersarij.

¶ Ex pra-

¶ Ex prædictis apparet iustificatio dictarum conclusionum ad effectum iustificãdi materias excusatorias per excusatorem datas.

RESPONSA DATA A. XIII. Martij in præsentia. S. D. N. in Consistorio ad allegationes aduocatorum serenissime regine deductas, contra tres conclusiones dicta die disputatas.

PRIMO deducebant, q̃ impedimenta proposita non possunt allegari nisi per habentem mandatum, sed excusator non habet mandatum ergo. &c. 1

Respondebamus impedimenta proposita esse probabilia et necessaria, tum propter absentiam regis causa reipublicæ, tum etiam propter itinerum impedimẽta ineuitabilia, ut plenissime ostensum fuit tam in disputatione habita super quarta conclusione, q̃ etiam in materijs illius conclusionis iustificatorijs. S. V. ex parte excusatoris traditis. Cum autem ad allegãdum talia impedimenta nul-

ta nullũ mandatũ requiratur, etiam ſi cauſa fuerit ciuilis, ut plene p Inno. in. c.ueniens deaccuſatio. qui allegat tex.loquentẽ in ciuilibus in.l.exigẽdi. C.de procur.in fi.et idem Bar.in.l.pen.§. ad crimen.uer. Quero, quod eſt officium, ubi ad probandum excuſatorem eſſe audiendum ad allegandum cauſas abſentiæ neceſſariæ allegat tex. in. l. liberto.§.litem.ff.de neg.geſt. qui loquitur etiam in cauſa ciuili.

Dicebamus impẽdimenta propoſita potuiſſe alligari per excuſatorem, tam & ſi mandatum non haberet, & hoc quia tam Inno. in. d. c. ueniens q̃ Bar. in. d. §. ad crimen. (intelligendo eos ſecundum iura quæ allegant) determinant excuſatorem non ſolum in criminalibus ſed etiam in ciuilibus eſſe audiendum ad allegandas etiam ſine mandato cauſas abſentiæ neceſſarias, pro qua opi.eſt glo.in.d.l.liberto et Bar.ac. Bal.ibidem et glo.in.d.l.exigendi, et hoc tenent Bal.Alex.et communiter doc.ibidem. Præterea dicebamus non eſſe uerum, quod tam ſæpe dicitur ex parte aduerſa, uidelicet excuſatorem non habere mandatum. Nam contendimus litteras regias exhibitas inducere ſufficiens mandatum, ut tactum fuit in diſputatione prima, et plenius

diceba-

dicebamus nos uelle oſtendere in diſputatione habenda ſuper. vij. concluſione.

Secundo dicebant ad allegandum impedimenta probabilia non admittitur excuſator ſine mandato ro. Deciſio.xv. in antiquis, ſed impedimenta deducta ſunt ꝓbabilia et non preciſa: ergo.&c. 2

Reſpondebamus falſum eſſe, deducta impedimenta tantum eſſe probabilia: quia ſi quis inſpiciat diligenter ſunt et probabilia et neceſſaria, ac etiam ineuitabilia, et ob id preciſa: q̃ autem dicuntur a nobis non ſolum neceſſaria ſed etiã probabilia, hoc ideo factum erat, q̃ nullum impedimentum neceſſarium excuſat citatum, quominus teneatur procuratorem mittere, niſi illud ſit etiã probabile, prout eſt tex.in.l.Papinianus exuli.ff. de mino.l.ſed et ſi per pretorem. §. primo. ff. ex quibus cau. ma. Imo. in.l. queſitum.ff.de re.iudi. et.c. querelam.iiij.col.uer.ſecundo, quod ſufficeret, de quo quidem impedimento neceſſario & probabili loquitur Inno. et ſui ſequaces in. c. ueniens de accuſati.et Bar.in.d.l.pen. §. ad crimen. uer.dic.ergo.

Tertio dicebant, quando impeditus non poteſt inuenire aliquem iudicem, qui cauſam poßit decidere, impedimentum eſt perpetuum: ſed tale im- 3

pedimentum hic existit, quia causa per. S. D. N. est aduocata sic et taliter, q̃ nullus alius iudex posset se in illa intromittere, ergo. &c.

Respondebamus per distinctionem, uidelicet q̃ quando impeditus inuenire iudicem impeditur, facto iudicis, uel partis aduersæ, impedimentum non dicitur perpetuum ad effectum, ut cogatur mittere procuratorem, prout tex. est clarus in. c. statutum. §. Cum uero iuncta glo. in. uersi. non audens de rescriptis. Vbi si delegatus Papæ in causa sibi commissa, in qua nullus alius potest se intromittere, citet aliquem ad locũ, ad quem non potest perpetuo accedere citatus (licet alius iudex non posset causam decidere, ut pote cum iste delegatus uicem delegantis suppleat, & est supra omnes alios iudices. c. sane de officio delegati et. c. ij. de offi. leg.) non tenetur ad illum locũ procuratorem mittere, licet causa alteri eam committendo erat aduocata, ut per Inno. in. c. cum. M. de consti. Bal. in. c. ij. de officio leg. et canonistæ in c. ut nostrum. de appellatio. pro qua opi. faciunt not. doctorum præcipue Aret. post Anto. in. c. constitutis el. ij. de testi. per quem tex. uolunt q̃ quando pars citata impeditur habere iudicem facto iudicis uel partis, licite potest appellare: Aliquando

liquãdo uero quis ſit impeditus inuenire iudicem, et impedimentum aliunde procedit q̃ a iudice & parte, puta a natura uel aliquo accidente, q̃ iudex etiam ſi maxime uellet, non poteſt remouere: ut ſi quis perpetuo infirmus, et perpetua captiuitate, aut ſenectute impeditus, impedimentum tunc dicitur perpetuum, & taliter impeditus, cogitur mittere procuratorem: Iam quia impedimentum regiæ maieſtatis proceſsit a facto iudicis, id eſt Papæ, hanc cauſam aduocantis ad partis aduerſæ inſtantiam, et committentis in loco non tuto regi, et non committentis ad locum tutum, impedimentũ non poteſt dici perpetuũ, nec illuſtriſſ. rex cogendus eſt mittere procuratorem.

Quarto dicebant, quando altera pars non ſperat ſe poſſe conſequi iuſtitiam niſi in cérto loco, ad quem aduerſarius non poteſt accedere, impedimentum eſt perpetuum, ſed ſereniſſ. regina iuramento ſuo teſtata eſt ſe alibi q̃ Romæ iuſtitiam non ſperare. Ergo. &c. 4

Reſpondebamus falſo dici, q̃ impedimentũ perpetuum ex hoc capite inducatur, q̃ regina non ſperat ſe poſſe conſequi iuſtitiã niſi in loco ad quẽ aduerſarius non poteſt accedere, quia cum talis

assertio siue suspitio in infinitum extenditur, non est probabilis, non uerisimilis nec a iure admittitur. c. licet dilectus de testi. lud. ro. et Alex. in. l. qui bona. §. huic stipulationi. ff. de dam. infec. ubi est tex. arguendo de tempore ad locum per. l. uinum. ff. si cer. pet. per quem tex. dicit Bal. q infinitas est semper uitanda, quando si non uitaretur, sequeretur absurditas. At hic sequeretur maxima uidelicet q ex assertione reginæ, dicentis se non sperare posse consequi iustitiam nisi in loco, ad quem illustriss. rex non potest accedere, regi tolleretur facultas agendi causam suam per se, et necessitas induceretur agendi causam per procutorem in loco non tuto, quod est ualde absurdum.

Et quantum ad iuramentum perhorrescentiæ dicebamus, q quatenus ipsum iuramentum erat particulare respectu certi loci, non obstat quominus posset causa alibi committi. c. statutum. §. cum uero de rescriptis in. vi. Quatenus uero est uniuersale quo ad omnia loca præter curiam & tali iuramento non est standum. Nam quando lex dicit standum esse alicuius iuramẽto, intelligitur quatenus est uerisimile q iuretur, adeo q siquis uelit iuramento comprobare id quod non est uerisimile, non auditur, ut notabiliter dicit Bar. in. l. i.

per illum

per illum tex. ℭ. qui et aduer. quos et Iaſ. in. l. ſi extraneus col. pri. uer. alibi not. ff. de conditio. cauſa da. Abb. in. c. non eſt ueriſimile de preſumptio. ubi dicit non eſſe ſtandum teſtibus atteſtantibus contra ueriſimile. quando minus ergo credendum parti iuranti non ſolum contra ueriſimile ſed etiã contra notorium, preſertim cũ infinita ſint loca, de quibus nulla ſubeſt cauſa ſuſpitionis. Vanus ergo timor reginæ, cuius nulla eſt excuſatio. l. prima. et. l. metum autem. ff. dę eo q̃ metus cauſa. Præterea iuramento perhorreſcentiæ, cum ſit p̃batio ſubſidiaria ac delata in defectum alterius probationis, prout dicit glo. communiter approbata in. c. ſtatutum. §. cum uero in uerbo ſaltem de reſcriptis in. vi. non eſt ſtandum contra notoriũ, ut eſt tex. in. l. admonendi ſecundum primam lec. communiter approbatam, & ibi Bar. ff. de iure iuran. et in. c. ueritatis. viij. diſt. et. c. de manifeſta. ij. q. i. et plenius quoad iuramẽtum perhorreſcentiæ dicetur in. xxi. concluſione.

Vlterius quoq; dicebamus q̃ ſi ad iurandum tam late de p̃horreſcẽtia, regina de facto contra omnem rationem eſſet admiſſa & iuraſſet, nichilominus contrarium poterit probari: et eo probato irritum omnino eſt perhorreſcentiæ iuramen-

tum per tex. in. d. l. admonẽdi et p Io. An. Domi. et Phi. in. c. Statutum. §. cum uero de reſcriptis in. vi. Bal. in. l. ſi legatorius. ff. de dolo per illum tex. quem ſequuntur Domini de rota deciſione. xxxxv. in collec. bellamer. et Calder. in. d. §. cum uero.

5 Quinto dicebant contineri in materijs, regem non poſſe uenire ad curiam niſi per loca alijs regibus et principibus ſubiecta: Ex quo inferebãt, q̃ cum rex non poteſt exire regnum, niſi ueniat per loca alijs ſubiecta, nullibi poſſet de cauſa cognoſci, et ſic eſſet impedimentum perpetuum.

Reſpondebamus male conſiderari contenta in materijs, nam in materijs non dicitur ſimpliciter, q̃ rex non poteſt ire p loca alijs ſubiecta, ſed dicit q̃ ad tã remota loca alijs principibus ſubiecta ire non poteſt, et hoc quia eundo ad loca tam remota, cuiuſmodi eſt Curia ro. per loca alijs principibus ſubiecta, incurreret periculũ ineuitabile, tam reſpectu ſui corporis q̃ ſui regni, quæ pericula non imminerent eundo per loca alijs ſubiecta ad loca uicina et non remota, nam eundo ad loca uicina licet tranſeat per loca alijs ſubiecta, poteſt et ſibi et ſuo regno bene prouidere, quemadmodum experientia docuit et docet, ſed eundo ad

loca

loca remota non poteſt, ergo ab uno ad aliud non bene infertur. l. ſi domus. ff. de ſeruitio. urb. prædi. Ex quibus apparet, q. q̃quam rex non poßit exire regnum, niſi tranſeat per loca alijs ſubiecta, tamen ex hoc non ſequitur, quin & poßit uenire, et de cauſa ſufficienter cognoſci.

Sexto dicebant q. ſicut impedimentum eſt perpetuum, quando nullibi poteſt pars habere iudicem, niſi in loco ad quem citatur, ita etiam eſt perpetuum, quando pars citata nunq̃ comparebit: ſed inquiunt, illuſtriſßimus rex citatus nunq̃ comparebit in curia, ut eſt clare deductum in materijs, ergo impedimentum perpetuum. 6

Reſpondebamus q. quo ad primam partem argumenti, uidelicet de perpetuitate reſpectu iudicis, ſuperius eſt dictum in reſponſione ad tertium argumentum, et quo ad aliam partem uidelicet q. rex nunq̃ comparebit in curia, et ideo perpetuum impedimentum, reſpondebamus hoc non eſſe uerum de iure ad arguendum impedimentum perpetuum: nam (quod omnes ſciunt) impedimentum illud, quod capit finem reſpectu loci uel reſpectu temporis, non poteſt dici perpetuum ut innuit Bar. in. l. iurisperitos. ff. de excuſatis. tut. Sed manifeſtum eſt, quod impedimenta

deducta ceſſarent per aſsignationem tuti & indifferentis loci, ergo argumentando de tempore ad locum iuxta.l.uinum, & ibi Bar.et Iaſon.ff. ſi cer.petat impedimẽtũ non poteſt hic dici ꝑpetuũ ꝑ quare(non eundo ꝑ mendicata ſuffragia) habemus tex.in.c.ſtatutũ.§.cũ uero iuncta glo.in uerbo non audiens de reſcriptis in.vi.ubi apparet, ꝙ licet citatus nunq̃ poſsit tuto uenire ad locũ, ad quem citatur, tamen non tenetur mittere procuratorem, cum qua glo.tranſit communis opi.doctorum, et facit tex.in Clemẽtina prima,de foro compe.iuncta glo. in uer. fauoribus, unde uerum non eſt, impedimentum eſſe perpetuum, et impeditum cogi mittere procuratorem, quando citatus ad unum locum non tutum non poteſt accedere, quia hoc falſum eſt, ut apparet ex ſupra dictis, ex quo ſequitur, ꝙ licet illuſtriſſ. rex nunq̃ poſſet uenire ad curiam ro.tamen ex hoc non induceretur perpetuum impedimentum ad effectum cogendi ipſum ut mittat procuratorem, quia ut ſæpius dictum fuit, ad effectum cogendi impeditum mittere procuratorem, illud dumtaxat impedimentum dicitur perpetuum, quando non mittendo procuratorem ius agere uolentis eſſet omnino inefficax et periret, ut tradit Abb.in.c.que-

relam

relam de procurato. et in. c. cum dilecti de dolo & contuma. Cum autem in casu quo uersamur potest faciliter et uno momento seruari ius agere uolentis et etiã puideri defendenti p commissionem causæ ad locum tutum et securũ, ergo. &c.

Septimo deduxerunt, q̃ nullum impedimentum est sufficiens aut probabile ad excusandum nisi de diligentia ex parte impediti ad tolendum impedimentum adhibita ostendatur, sed in materijs non deducitur regem impeditum adhibuisse diligentiam quam potuit ad tollendum impedimenta, ergo. &c. 7

Respondebamus per distinctionem, uidelicet q̃ si a principio constabat, q̃ diligentia impediti nullum effectum producere potuit ad tollendum impedimentum, et tunc diligentia non adhibita non imputatur impedito, prout est tex. in. l. fi. ff. quis ordo in bo. poss. Alex. in. l. ij. §. quod diximus. iij. col. uersiculo dicit etiam Bar. ff. si quis cautio. & Pau. de. Ca. in. l. si decesserit. ff. qui satis da. cogã. super glo. ij. ubi dicit, q̃ non curatur de diligentia fideiussoris reum tempore congruo sistere debentis, si ante diem, quo sistere deberet, reus sit mortuus, etiam si propter breuitatem temporis, ad quod fideiussor se arctauit, non posset, et ratio,

quia

quia nihil profuisset diligentia fideiussoris facit etiã Bal. in.l.quibus diebus.ff.de conditio. et demon.ubi dicit q̃ tempus fatalium non currit appellanti non ualenti prosequi appellationem propter capitales inimicitias,quãdo iudex non potest impedimenta remouere : Si autem a principio uel postea constabat, q̃ diligentia impediti posset operari effectum in tollendo impedimento, tunc argumentum aduersariorum põsset habere locũ, ut in.l.quibus diebus.ff.de conditio.et demon. & ibi Bal.et Bar.in. l. præses. C. de appellatio. & Bar.ac sequaces in.d.§. quod diximus. Cum autem impedimenta deducta ex pte regiæ maiestatis fuerunt a principio et ante litem motam, constabat q̃ diligentia dicti regis non potuit illa tollere cum fuerint et sint ineuitabilia, ut in materijs deducitur merito. &c.

8 Octauo dicebant, q̃ tunc demum impeditus non cogitur mittere procuratorem, quando neq; ipse uenire potest, nec inuenire procuratorem, pro hoc allegabant Hosty.et Abb.in.c.cum dilecti de dolo et contuma.ubi dicunt, q̃ quando impeditus ratione paupertatis non potest per se uenire nec procuratorem mittere, tunc iudex debet uel ad ipsum descendere uel causam delegato iudici committere,

mittere, ſed ſic eſt (inquiunt) q̃ rex poteſt inuenire procuratores ſufficientes, igitur ſi ſit impeditus in perſona ſua, cogitur procuratorem mittere.

Reſpondebamus illos non bene ponderaſſe uerba Hoſty. & Abb. in c. preallegato. Illi enim habent hec uerba: Quando pauper nihil fingit, ſi p̃petuo ſic impediret et excuſaretur a conſtitutione procuratoris (quia forſan nullum inueniret) tũc dicunt iudicem debere ad illum ire uel delegatum mittere. Ex quibus uerbis apparet, q̃ loquuntur in impedimento p̃petuo, quo caſu congruit, q̃ iudex uel accedat ad impeditum, uel cauſam delegato committat, cum citatus non poſſit perpetuo per ſe uenire, nec procuratorem inuenire, quem mittat, unde male infertur ex illis uerbis ad impedimentum temporale, et q̃ temporaliter impeditus in cauſa graui cogatur procuratorem mittere, ſi illum inuenire poſſet, quia eſt contra. c. querelam et cononiſtas ibidem de procurat. & contra doc. in. d. c. cum dilecti, et in. l. ij. §. ſiquis ff. ſiquis cautio. et in. l. i. ff. de diuer. et temporali preſcriptio. unde dicebamus, q̃ cum ex materijs noſtris eliciatur impedimentum temporale et non perpetuum merito, &c.

Nono

Nono dicebant impedimẽtum hic esse perpetuũ propter stilum curie, qui quidem stilus habet q causa quæ semel est in curia, non est amplius tractanda extra curiam, unde cum rex non possit uenire ad curiam, sequitur q est ppetuo impeditus.

Respondebamus stilum non impedire, quominus S.D.N. extra curiam committat causam, quæ semel est in curia, nec hoc negant decisiones Rotæ, in quibus fit mentio de isto stilo, nam licet dicant, q ex quo Papa semel committit causam in curia, censetur eo ipso causam aduocare & claudere manus omnium iudicum inferiorum, ita q causa ipsa coram alio iudice extra curiam non sit tractanda, cum sit aduocata, tamen non negant, quando Papa possit, & etiam iustitia ac equitate suadente, deberet causam in curia semel existen. extra Curiam committere, quia stilus non potest operari contra potestatem papæ, ut impediat talem commissionem Inno. in. c. bone el. ij. de postu. prælato. Abb. in. c. ad audiẽtiam in fi. et in. c. cum nobis de præscripti. et ibi doct. et q sic debeat ex iusta causa facit tex in. l. pri. ff. de off. eius cui man. ubi ex iusta causa absentiæ (quemadmodum est in casu nostro) ea debent delegari, quæ alias sunt indelegabilia : stilus igitur non obstat, prout plenius

dicetur

dicetur in disputatione habenda super conclusione.xxiij.

Decimo dicebant q, si causa committeretur extra Curiam, aut hoc fieret ad locum remotum ab Anglia, et non potest: quia ratio, quæ allegabatur pro rege ne causa sit in curia, habet locum in quolibet loco remoto, aut uero hoc fieret ad locū uicinum, et etiam non potest, quia ratio perhorrescentiæ allegata pro regina ne causa tractetur in regno Angliæ, habet locū in loco uicino propter potentiam regis, unde cum causa ad locum remotum committi non possit, nec etiam ad locū uicinum, dicebant impedimentum esse ꝑpetuum. 10

Respondebamus cornutum esse hoc argumentum, et medium (quod est inter remotum et uicinum) si uicinitas obesset, debere poni. Præterea dicebamus non esse eandem rationem potentiæ illustrissimi regis Angliæ in locis uicinis extra regnum, quæ est in regno: quia si ius respiciamus, imperium regis intra regni limites continetur, si uero factum consideremus, tunc non est tanta potentia in locis uicinis regno, quanta est in regno ipsa experientia manifestat, cum uideamus frequenter dominum aliquem alias inferiorem esse fortiorem et potentiorem in sua ciuitate

q̄ maximus

q̃ maximus princeps ibi imperium non habens, facit tex. in Clementina pri. de foro competenti, ubi si Episcopus a sua dioceſi expellatur per potentiam alicuius ducis comitis uel magni domini temporalis, ſic q̃ in ſua dioceſi iurisdictionem contra illos exercere non poteſt, permittitur illi q̃ in dioceſi aliena, in ciuitate uel loco inſigni uiciniori ſuæ eccleſiæ, ubi ſecure morari poterit contra expulſores citatos libere prout iuſtitia ſuadebit iurisdictionem exercere, ex quo apparet iura conſiderare non eſſe eandem potentiam alicuius domini temporalis extra ſuum dominium in loco uicino, quæ eſt in ſuo dominio, et pro hoc etiam facit tex. in. c. ſtatutum. §. cum uero de reſcriptis in. vi. ubi habens cauſam contra ciuitatem uel epiſcopum licet perhorreſcat eorũ potenciam, non poteſt tamen trahere cauſam ultra unam dietam extra dioceſim, quod certe potuiſſet iuſte, ſi iura conſideraſſent potentiam æque ẽſſe perhorreſcibilem in loco uicino ciuitati, ut eſt in ipſa ciuitate, pro quo eſt dictum Hoſti. in. c. nonnulli de reſcrip. qui dicit diſpoſitionem illius habere locum in regibus, et per conſequens dict. c. ſtatutum. §. cum uero, et profecto male allegatur ex parte reginæ perhorreſcentia in locis uicinis Angliæ, cũ

omnes

omnes sciant et notoriũ sit, quãta est potẽtia amicorũ dictæ reginæ in locis uicinis, qui non minus tuent causam reginæ quã propriã, itaq; argumentum prædictũ nec in iure nec in facto est uerum.

Vndecimo dicebant impedimentum esse perpetuum, quia non est dare locum tutum reginæ extra curiam, qui sit tutus regi ergo. &c. 11

Respondebamus prout multoties erat dictũ hoc argu. consistere in facto, cuius ueritas non dum est probata, et si aduersarij conentur hoc probare nos luculentissime contrarium probabimus. Præterea hoc argumentũ non iustificat aliqua causa, canone, lege, uel ratione: et certũ est, q̃ locus ex se non potest dici non tutus sine aliquo accidenti.

Duodecimo dicebãt q̃ quoniã impedimentũ est dubiũ, reputat ꝑpetuũ, sed inquiũt, si causa committeretur extra curiã ad locũ aliquẽ uicinũ, semp remanebit dubiũ de impedimento, quia rex potest in calculo sentẽtiæ obijcere, si uelit, de loco non tuto, quod utrũ uelit uel nolit est dubiũ ergo. &c. 12

Respondebamus minorem negando arg. et dicebamus etiã, q̃ ratio quã allegant aduersarij, illam non ꝓbat, nam licet de iure posßit in quacunq; pte litis obijci de loco non tuto, cũ sit grauamen successiuũ, ut ꝑ Arch. in. c. horta. iij. q. viiij. Bal. in. l.

peremptorias. iij. col. c. sententiã rescin. non posse. et plenissime dictum fuit in responsis nostris factis in disputatione habita sexto Martij: tamen ubi locus utriq; parti est tutus, non habet locum dicta exceptio per. l. ubi ceptum. ff. de iudi. c. cum speciali de appellatio. c. legittima de appella. in. vi. Cum ergo ex pte excusatoris non negatur causam posse aut deberi ad locum utriq; parti tutum committi, immo dictum in iure q; ad talem locũ debeat committi, quo casu certum est et nullo modo dubium, q; rex si uelit non possit obijcere de loco non tuto merito. &c.

15 Tertio decimo dicebant, si impedimentum non est perpetuum, at saltem est longũ, tum quia rex, si causa committeret, posset appellare, tum etiam quia posset recusare, et de loco non tuto obijcere, quorum obtentu causa protraheretur in longum, & longum esset impedimentum: sed inquiunt, ubi longum est impedimentum, impeditus tenetur mittere procuratorem, ergo. &c.

Respondebamus longitudinem, quam deducunt aduersarij, non esse ullo iure considerandam, nec a iure præsumi, nam appellare etiam a difinitiua, cum consistat in facto, non præsumitur, q; quis uelit. c. cum in iure de off. delegati. & diuinare

non

non licebit, ut in.l. nemo. C. de male. et mathema. l. qui ſolidum. ff. de leg. ij. unde licet quis poſsit appellare, non tamen ſequitur, q uelit. Ab interlocutoria autem non poteſt appellari, ut in c.cum dilectus de appellatio. &.c.pri.de appellatio.in.vi.ubi apparet q ante diſinitiuam non appellatur, niſi dato grauamine: grauare autem aliquem q iudex uelit, cum ſit delictum, ut in.c.ad hæc de appella. et. l. ſi iudex de uarijs et extraordi.non præſumitur.c. pri. & fi.de præſumpt. l. merito.ff.pro ſocio merito. &c.

Secundo reſpondebamus, q longitudo deducta 2
per aduerſarios non cauſatur ab impedimentis allegatis per excuſatorem, ſed ab ordine iudiciario et iuris beneficio: quod nemini eſt auferendum. c. indultum de reg.iu.in.vi.c. Paſtoralis de appella.unde cum contra impedimenta p excuſatorem in materijs deducta uno momento poteſt prouideri facillime per iudicem committendo cauſam ad locum tutum, merito. &c.

Tertio reſpondebamus, q diſtinctio illa, quæ 3
tractat de impedimento, an ſit modico uel longo tempore duraturũ, non habet locum in cauſis arduis,ut patet plene per Alex. in. l. ij. §. ſi quis, uerſiculo. Vel dicas. ff. ſi quis caut. cum autem

nos ſimus in arduis merito. &c. Nec etiam habet locum, ubi tale impedimentū erat ante litem motam Bar. in. l. i. ff. de diuer. et temporali præſcri. Buriga. Abb. Imo. in. c. cum dilecti de dolo & contuma. et in. c. quærelam de procurato. ſed impedimenta deducta per excuſatorem erant ante litem motam merito. &c. Immo dicta diſtinctio locum non habet in cauſa, in qua ita de facili non poſsit inſtrui iudex per procuratorem ſicut p dominum, ut per Hoſty. in ſumma. §. et in qua re in fin. ſed iſta cauſa eſt talis propter multa quæ dependent a ſecretis et conſcientia partiū, quæ non poſſunt informari per procuratorem, ut in. c. tue de procura merito. &c.

14 Quarto decimo dicebant, q, dominus excuſator non poteſt allegare cauſam deberi in alio loco tuto cognoſci merito. &c.

Reſpondebamus falſum eſſe, q, excuſator in materijs allegat cauſam debere cognoſci in alio loco tuto, Immo deducit regem non poſſe ad curiam uenire, et ideo debere excuſari, ut contra eum in curia non ꝓcedatur in hac cauſa, quod facere poteſt quilibet excuſator, ut plenius erat dictum in iuſtificatione concluſionis primo diſputate in ſacro conſiſtorio: et quatenus affirmatur in concluſioni-

cluſionibus locū tutū deberi aſſignari, hoc iuris eſt communis, quod quidē ius quilibet poteſt allegare. l. ornamentorū. ff. de auro & arg. legato. Nam ipſum ius commune eſt certū finitū et ꝓbatū in ſe. ſpecu. plene, in titulo depoſiti. §. vij. uer. xiij. .l.ī omni ꝑte. ff. de iuris et fac. igno. Bal. in. l. unica .C. ut quæ deſunt aduocat. et. l. i. ff. de off. aſſeſſoris, quibus in locis habeť, ꝙ ea quæ tendūt ad iuris communis ſiue publici obſeruationē, quilibet poteſt allegare, facit etiam quod dicit Inno. in. c. ueniens de accuſat. ubi uult, ꝙ iudex non ſolum poteſt ſed debet inſtrui ꝑ quemcunq; in cauſa abſentiæ. Cū ergo concluſiones contineant ius commune, uidelicet ꝙ citato ad locū non tutū debeat locus tutus aſſignari, fruſtra exigiť ab excuſatore mandatū ad allegandum ius commune.

Quinto decimo decebāt, ꝙ cauſa iſta eſt cauſa ardua, et ex hoc uolebāt, ꝙ debeť de illa cognoſci per. S. D. N. Cum ſuo ſacro ſancto ſenatu.

Reſpondebamus argumentum aduerſariorum procedere in cauſis arduis reſeruatis ſedi Apoſtolicæ de quibus per glo. in. c. ꝙ tranſlationem de off. legati & in. c. maiores de Bapt. et in. c. pri. de tranſ. epi. non autem in cauſa matrimoniali, quæ de illis non eſt, ut eſt tex. in. c. accedentibus

de exceßibus prælat. et in. c. pri. de conſan. et affini. Nam cauſæ matrimoniales ptinent ad cognitionem epiſcopalem, ut patet ibidem: & poſito q̃ eſſet de maioribus reſeruatis, non negat, quin poſſunt alijs committi, ut p. d. c. quod tranſlationem et. c. huic ſedi. xiij. diſt. Et plenius dicetur in diſputatione habenda ſuper concluſione uigeſima ſecunda.

16 Sexto decimo dicebant, q̃ cauſæ illuſtrium debent per ſedem Apoſtolicam tractari, cauſa iſta eſt talis ergo. &c.

Reſpondebamus aſſumptum eſſe falſum & expreſſe contra caſum. c. oẽs de maiorit. & obedi. et. c. duo. x. c. vi. diſt.

17 Decimo ſeptimo dicebant, q̃ in iſta cauſa tractatur de priuilegijs ſedis Apoſtolicæ cum autem de illis nemo niſi apoſtolica ſedes cognoſcat merito.

Reſpondebamus in iſta cauſa tractari de ualiditate matrimonij, cuius cognitio non eſt reſeruata ſedi apoſtolicæ, ut ſuperius eſt dictum, itaq; cum non tractatur de priuilegijs ſedi apoſtolicæ, ſed de matrimonio, nihil uetat cauſam extra curiam tractari poſſe: et licet in examinatione cauſæ incidenter per aliquem ex

parti-

partibus deducatur de priuilegio ſedis, non tamen per hoc neceſſario infertur, q̃ cauſa non poßit & debeat ex iuſta & rationabili cauſa extra curiam committi, ut in dicto.c.quod tranſlationem et dicto.c.huic ſedi arg.l.pri.ff.de off.eius cui.man.prout plenius dicetur in diſputatione habenda ſuper. xxij. Concluſione.

Decimo octauo dicebant contra ſecundã con- 18
cluſionem, q̃ allegare regem non teneri ad mittendum procuratorem eſt exceptio iuris, talis autem non poteſt allegari ſine mandato ergo. &c.

Reſpondebamus per diſtinctionem, uidelicet q̃ allegare abſentem non teneri ad mittendum procuratorem, ex eo q̃ ipſe abſens iuſto et neceſſario impedimento detentus uenire non poteſt, quilibet poteſt, alias fruſtraretur illa communis opi. in. d. c. ueniens de accuſatio. & in. l. pen. §. ad Crimen de pub.iudi.et in.l.liberto.§.fin.ff. de neg.geſ.ubi habetur, q̃ iuſto et neceſſario impedimento detentus poteſt per quemcunq; etiã ſine mandato excuſari, non excuſaretur autem, ſi nemo poſſet allegare ipſum non teneri ad mittendũ procuratorem. Immo ſemper diceretur, q̃ licet non poſſet uenire per ſe, poſſet tamen mittere procuratorem, licet non teneatur, ut plene per

canoniſtas in.c.querelam de procurato.et per legiſtas in.l.ij.§.ſi quis in iudicio.ff. ſiquis caut. & in.l.pri.et ibi Bar. ff. de diuer.et temp. præſcrip. Allegare uero abſentem, qui uenire poßit, non teneri ad mittendum procuratorem, pro eo q̃ iudex eſt excommunicatus uel ſuſpectus : tunc requiritur mandatum ad hoc allegandum, ut per Inno.in.d. c. ueniens, ratio diuerſitatis redditur per Bal.in.l.reos. C. de accuſat. Nam in primo caſu allegans pro abſente fundat ſe ſuper iure publi.ut in.l.ſeruũ.§.publice. ff. de procurato. & ſuper eo quod neceſſario ſequitur de iure communi ſeu publico, nimirum ſi hoc poßit tanq̃ quilibet allegare ut ſuperius dictũ eſt ad.xiiij.argumentũ. In ſecundo uero caſu allegans pro abſente non fundat ſe ſuper iure publi. ſed ſuper iure priuato abſentis, ideoq; bene, tunc allegatur ſi non ueniat abſens per ſe, q̃ teneatur mittere procuratorem, præſertim quia recuſare iudicem uel non recuſare, allegare illum excommunicatũ uel non allegare, ſpectat ad ius priuatum abſentis, et de tali iure loquitur Inno.in dicto.c.ueniens. Cum autem excuſator in materijs allegat illuſtriſſimũ regem non poſſe uenire, et ex eo ſtatim ſequatur de iure communi et publi. q̃ non teneatur mittere procura-

procuratorem, manifestum est, q̃ debeat audiri, cum allegat ius publi.

Decimo nono dicebant, q̃ uoluntatis est, utrum rex uelit uel nolit mittere procuratorem, sed inquiunt, ad allegandum id quod dependet a uoluntate, nemo sine mandato admittitur merito. &c. 19

Respondebamus argumentum non facere ad p̃positum, quia excusator non deducit in materijs uel conclusionibus, utrum rex uelit uel nolit procuratorẽ mittere, sed dicit (ut superius dictũ fuit) regem non posse nenire, & ex eo sequit̃ de iure communi, q̃ non tenetur procuratorem mittere.

Vigesimo dicebant, q̃ quãdo causa est in curia, impeditus quocunq; impedimẽto cogitur mittere procuratorem. Nam inquiunt, priuilegium est concessum curiæ, q̃ nulla exceptio admittatur, quin impeditus cogatur constituere procuratorem, allegabãt Inno. et Hosty. in. c. ueniens de renũtiat. 20

Respondebamus assumptum esse falsum, nec reperiri in iure, aut apud Inno. Hosty. uel alios, præsertim in locis allegatis p̃ aduersarios, q̃ hoc uel dicitur uel iure defendi possit: immo facit contra ea, quæ habent̃ ĩ. c. cũ dilecti. de do. et contu. cũ ibi speciale sit in causa electionis, ergo regula est in contrariũ tex. est in. c. ad aplice de re iudi. in. vi.

21 Vigesimo primo dicebant, q̃ causa matrimonialis requirit celeritatem, sed in causis requirentibus celeritatem impeditus cogitur constituere procuratorem, ut p̃ Abb. in. c. cum dilecti de dolo et contuma. ergo cum ista causa sit talis. &c.

Respondebamus, fatendo maiorem & negãdo minorem, quia est contra casum. c. querelam, & communem opi. in. c. ex parte de appellat. in glo. pri. & in. c. siue. 33. q. ij. et contra opi. Hosty. communiter approbatam in. c. querelam de procurato. nec obstat dictum Abb. in. c. cum dilecti de dolo et contuma. quia loquitur in causis requirentibus talem celeritatem, q̃ nisi impeditus mitteret procuratorem, periret ius alterius partis, ut ponit exemplum in causa damni infecti & cæteris casibus, de quibus in. l. pri. et. ij. ff. de ferijs. Cum autem in ista causa non requiritur tanta celeritas, nec uertit tantum periculum illatio Abbatis in. d. c. cum dilecti, non extendit ad istam causam, ut plenius dicetur in disputatione habenda super conclusione. xiiij.

22 Vigesimo secundo dicebant, quod impedimentũ loci non tuti non obstat, quando locus tutus commode dari non potest: sed inquiunt, hic non potest dari, ergo.

Respon-

Reſpondebamus negando minorem.

Vigeſimo tertio dicebant, q̃ citatus ad locum non tutum tenetur in cauſa matrimoniali mittere procuratorem, allegabant deciſionem rotæ quintam in titulo de dolo et contuma. alias. xv. in titulo de citatione. 23

Reſpondebamus, q̃ illa deciſio facit pro excuſatore quia ibi habetur, q̃ citatus ad locum, qui non eſt tutus, non tenetur mittere procuratorem ad cauſam et allegat. c. accedens el. ij. ut lite non conte. quod loquitur in cauſa matrimoniali, ex quo apparet intelligendo deciſionem ſecundum tex. quem allegat, q̃ dicta deciſio uolens citatum ad locum qui non eſt tutus deberi excuſari, & q̃ curia ſic obſeruat, debet intelligi in cauſa matrimoniali: et tunc non facit contra concluſionem immo pro concluſione, quæ tenet, q̃ ſtantibus materijs et conſideratione rex non cogitur mittere procuratorem, & in quantum dicit, q̃ procedit, cum locus non eſt tutus, nec ſibi nec alijs eſt contra iura, quæ allegat et doct. communiter ibidem ut plene dicetur in con. xiij. et in. xvij. quod ſi aduerſarij allegaſſent deciſionem. D. CC. xxix. de dolo et contuma. quã pluries dixerunt facere pro illis, quæ re uera non facit, non obſtitiſſet,

obſtitiſſet, quia loquitur in citato perſonaliter, quo caſu nos non ſumus, igitur non habet locum dicta deciſio in caſu noſtro, cum dicta deciſio exorbitãs non extendatur ad caſum non expreſſum, ut per Bar. in. l. Omnes populi uerſiculo quarto quero. ff. de iuſt. et iure, ſed illuſtriſſimus rex non eſt citatus perſonaliter, merito. &c. prout plenius dicetur in diſputatione habenda ſuper concluſione. xxiiij.

24 Vigeſimo quarto dicebant, q̃ quãdo locus eſt tutus procuratori non curatur an ſit tutus domino, adeo q̃ ſi ſit tutus procuratori, licet non ſit tutus domino, non habet locum exceptio loci non tuti, allegabant opi. Inno. in. c. ex parte de appellatio. et. c. cum olim de teſtibus.

Reſpondebamus, q̃ opi. Inno. ibi eſt communiter damnata, ut ibi patet per Hoſty. et ſequaces et in. c. accedens el. ij. ut lite non conte. Præterea qui nituntur ſaluare Inno. intelligunt ipſum, q̃ loquatur in leuibus non autem in grauibus, quia eſſet contra tex. in. c. querelam de procurato. quod loquitur de grauibus. in quibus nos etiam ſumus.

Ad capitulum olim reſpondebatur, q̃ alternatiua, de qua ibidem eſt alternatiua ordinis, quo

ad cita-

ad citationem inchoandam in persona principali si fieri poterit, et si non, q̃ inchoetur in p̃sona procuratoris secundum notata in. d. c. dilectus de procu. & .c. causam. de do. & cont. & hoc respicit uerbum, si poterit, de quo in tex. illius. c. nec negatur locum debere esse tutum tam domino q̃ procuratori, et sic intelligit Ancho. illum tex. alias esset nedum contra communem opi. sed etiam contra tex. in. c. ex parte de appellatio. &c.

EX PRAEDICTIS APPAret, q̃ obiecta aduersariorum non obstant nec impediunt admissionem excusatoris regie maiestatis et materiarum per eum propositarum.

EX ARTICVLIS CONtentis in materijs alias. S. V. datis beatiſſ. Pater eliciuntur infra ſcriptæ concluſiones coram eadem. S. V. In ampliſſimo Conſiſtorio xx. Martij propoſitæ et diſputate.

BEATISSIME Pater Lecta et ſcripta in. c. Cum dilecti de dolo et contuma. prebuerunt nobis occaſionem diſputandi duas ex concluſionibus hodierna die corã. S. V. diſputa. is uidelicet.

Citatio ut ſupra ut compareat per ſe uel per procuratorem, impeditum non cogit conſtituere procuratorem ſecundum communem.

Citatio facta a Papa in cauſa de qua agit iuſto impedimento detentum ut in materijs, non cogit conſtituere procuratorem ſecundum communem.

Rex Angliæ inuictiſſimus non eſt citatus a Papa, et hoc conceſſo ſine ueri preiudicio.

Nouit enim. S. V. qualiter cum. P. eſſet electus in epiſcopum Leodicenſem, et nuntios deſtinaſſet ad ſedem apoſtolicam, cui preerat tunc Inno. iij. compaꝛuerunt coram eodem Inno. iij. Archidiaconus, et

nus, et quidam canonicus Leodicenſis eccleſiæ nomine certorum canonicorum, et contra dictum electum obiecerunt multa crimina, ut eum repellerent ab electione: Inno. iij. prefixit terminum dicto Leodicenſi electo ad comparendum coram eo per ſe uel per procuratorem uſq; ad dominicam, qua cantatur, Ego ſum paſtor bonus, Adueniente die et diu ultra etiam axpectato, comparuit nuncius dicti electi corã Inno. iij. cum litteris dicti electi, qui ſe excuſauerat, quare non comparuerat in termino, tum ob breuitatem termini, cũ ſero nuntium citatorium receperat, tum etiã propter calores æſtiuos ac inſidias poſitas: contra quam ultimam excuſationem, inquit Inno. quod prout ipſe electus direxerat excuſatorem, ita procuratorem dirigere poterat. Contra primã dixit, q̃ licet eſſet ei mandatum, ut compareret coram eo uſq; ad dominicam, qua cantatur, Ego ſum Paſtor bonus, tamen in eo citatorio duo continebantur.

Primum, ut compareret. Aliud & ſecundum, ut uſq; ad talem diem: quare ſi non potuit adimplere ſecundum, debuit Primum adimplere. Cum igitur non comparuiſſet per ſe uel per procuratorem, nec ſpes erat de eius comparitione, cum ſe excuſa-

excusauerat, ut supra: ideo Inno.iij. declarauit ipsum electum Leodicensem contumacem, condemnando ipsum in expensis.

Bernardus Glos. in glo. in uerbo Responsalem mouet ibi unam difficultatẽ, quare sit, q. Inno.iij. declarauit ipsum episcopũ Leodicensem contumacem reijciendo excusatorẽ et excusationes, quia non constituerat procuratorem ad causam, cum Alex.iij. suus predecessor statuerit, q. iusto impedimento detentus, ut erat dictus electus in causa graui, qualis erat illa, non cogeretur constituere procuratorem, sed sufficiebat tantum destinare excusatorem.

Respondit idem Bernar. secundum Vincen. Glo. q. conclusio prædicta firmata per. c. Querelam de procurato. procedit, nisi sit expressum in citatorio, ut compareat per se uel per procuratorem, ut in illo tex. Quia tunc etiam impeditus iusto impedimento in causa graui cogitur constituere procuratorem, nec excusatur, licet dirigat excusatorem: ita per aliquos pro parte illustriss. Reginæ inferebatur. Cum enim illustriss. rex Angliæ sit citatus sub illo tenore, licet sit iusto impedimento detentus, et causa sit grauis, nihilominus cogatur constituere procuratorem.

Dicebam

Dicebam & dico beatiſsime pater opinionem Vincen. eſſe communiter damnatam, et contra illã tenet ibi Bernar. glo. qui ab ea recedit, Inno. quartus in dicto. c. Querelã, qui reſpondit ad illũ tex. et ibi Hẽri. boyc. Collect. imo. in dict. c. cũ dilecti imo. in. l. queſitũ col. iij. et. iiij. ff. de re iu. Inno. in. c. ij. de dilatio. Alex. et moder. in. l. ij. §. ſiquis in iudicio. ff. ſiquis cautio. Et præſertim in grauibus, prout ſumus. Turre. Crema. Geminianus, et Alexãdrinus in. c. ſi ægrotans. v. q. iij. et cæteri doctores comuniter, prout plenius patet in reſponſione ad tertium obiectum aduerſariorum contra iſtam concluſionem deductum.

Et quod opinio Vincen. ſit erronea deducitur, Hæc enim eſt uniuerſalis doctrina, q̃ quando aliquis citatur ad iudicium etiam ſimpliciter, cenſetur citatus ut compareat per ſe uel per procuratorem. c. fin. de dilatio. c. fin. de maiori. & obedi. l. præſenti. §. eum cui. ℂ. de his qui ad eccleſiam. c. pen. et fin. de iuramẽto Calum. l. prima. §. uſus. ff. de procurato. l. fin. ℂ. eodem. l. Sed ſi unius. §. idem Iulianus. ff. de iniurijs. Cum ergo tacite hoc beneficium inſit, ergo ſi exprimatur nihil operari debet, præſertim in odium priuilegiati. l. iij. ff. de leg. primo. l. non recte. ℂ. de fideiuſſo. c.

iusso.c. significasti de elect. Cum enim esset citatus simpliciter illustriss. rex Angliæ, et esset iusto impedimẽto detentus, non cogeretur constituere ꝓcuratorẽ, sed sufficeret mittere excusatorẽ, ita ĩ casu isto licet hoc sit expressũ, cũ dicta expressio nullum debeat operari effectum maxime contra regem, nec debeat dare nouam formam citatorio .l. muto. §. primo. ff. de tutel. cum similibus.

Præterea quando illud quod tacite inest, est ad beneficium illius, in quem dirigitur dispositio, si exprimatur, operatur argumentum beneficiato non autẽ diminutionẽ. l. Titia. ff. ad legẽ falci. ita in casu isto. &c. Cũ ea quæ sunt introducta in argumentũ, et quæ sunt introducta in fauorẽ. &c.

Accedat ꝙ quando illud quod tacite inest, inest ex uolũtate disponentis, tũc si exprimat, non operatur diminutionẽ, sed censetur expressum causa tollendæ dubitationis. l. cũ quid. ff. si cer. pet. l. quæ dubitationis. ff. de reg. iur. l. quintus. ff. mand. ita dixit Bar. in. l. iij. in fi. ff. de le. primo. Sed tacite inest ex uoluntate Papæ citantis simpliciter, ut citatus compareat per se uel per procuratorem. l. fin. C. de procurato. c. pen. de iura. Calum. Ergo si exprimatur non debet quicq̃ operari in diminutionem citati. &c.

Et in

Et in tantum in citatione ſimplici ineſt facultas conſtituendi ꝓcuratorem. Quod ſi grauetur ſtatuto, q. Bamnitus debeat citari ꝑſe uel per procuratorem: tamen ſi citatur ſimpliciter, eſt ſatisfactum forme dicti ſtatuti Iac. Butri. Bal. Bar. et moder. in. l. fin. C. de procurato. Quæ forma eſt in indiuiduo adimplenda. l. Qui heredi. l. Meuius §. & quod ſi tantum. Et in ſtatutis Bal. Ang. & alij in. l. prima. ff. de lib. & poſthu. Bal. in leg. Ceſſante. C. Quomodo & quando iudex: Quia in illa citatione ſimplici includitur facultas conſtituendi procuratorem, quæ cenſetur expreſſa, etiam ubi expreſſio requiritur pro forma, ergo ſi exprimatur non operatur.

Facit tex. mirabilis ſecũdũ Maria. Soz. in tract. de dilatio. articulo. xx. q. xv. in. c. pen. Quod eſt Inno. iiij. de iuramento calumniæ, ubi citati ut ſe repreſentent in conſpectu ſedis apoſtolicæ poſſũt conſtituere procuratorem: et tamen ibi erant citati, ut ſeſe repreſentarent, quod ſignificat præſentiam perſonalem Glo. in uerſiculo præſentari, Clementina, dudũ de ſepultu. nota. in. c. Cum parati. ubi Abb. de appellatio. nota. in. c. ea noſcitur. de his quæ fiunt a prælati. c. quod de his. c.

uniuersitates de sententia excommunicatio. & tamen non per hoc censetur excluſa facultas con ſtituendi procuratorem.

Concordat tex.in.l.fin. C. de procurato. Vbi im perator dicit, q̃ in cauſis pecuniarijs et ciuilibus etiam ſi ſpecialiter hoc precepti uel ſententie mi nime deſignet authoritas, Tamen unicuiq; paſsim per procuratorem reſpondendi tribuimus facul tatem. Conſtat igitur q̃ per nullum citatorium cenſetur ſublata facultas comparendi perſonali ter niſi in eo ſpecialiter exprimat, ut notat Scola. canoniſtarum in.c.primo de iudi.li.vi.et Scola le giſtarum in.l. fin. C. de procurato. Oldra. conſ. 289.et eſt tex.in. c. fin. de maio. et obedi. in.c. cum.i.et A.de re iudi.c. Cũ dilecta de reſcriptis.

Secundam concluſionem diſputãdi tribuit nobis occaſionem Bernardus Antiquus Glos.in præ allegato.c. cum dilecti uolens ſoluere contrarie tatem, de qua ſupra dixit in ſua glo.q̃ ideo Inno. iij.declarauit electum Leodicenſem contumacem reprobatis excuſationibus uti friuolis, quia dicta rum excuſationũ aliquæ erant friuole, ſcilicet q̃ ſero nuntium receperat, et propter calores æſti uos inſidias allegabat et non probabat. Et ſecus eſt in Papa q̃ in alijs iudicibus quaſi ſentiat ſecun

dum er-

dum erronium intellectũ aliquorũ doct. q̃ citatus a Papa etiam q̃ sit iusto impedimento detentus, cogat constituere procuratorem, inde inferebat p̃ aliquos p̃ p̃te illust. reginæ, q̃ cũ illustriss. rex Angliæ sit citatus a Papa, licet sit iusto impedimento detentus, cogatur constituere p̃curatorẽ.

Dicebam et dico hanc opinionem communiter damnatã. Eam enim damnant Inno. et Hosty. in dicto. c. querelã, qui Inno. respondit ad tex. ĩ dicto c. Cũ dilecti resoluẽdo contrarietatẽ de qua supra Henri. Boyc. in dicto. c. Cũ dilecti col. ij. ubi. Abb. Floren. & Imo. Ioh. de Ligna. in dicto. c. Querelam, Geminianus et Alex. in dict. c. Si egrotans, Imo. in. l. quesitum col. iij. et. iiij. ff. de re iudi.

Dicebam insuper et dico, illustriss. rex Angliæ habet pro se regulam, quæ dicit impeditum impedimento temporali in causis grauibus non cogi constituere p̃curatorem, ut est tex. ĩ dicto. c. querelam. Tanta enim est uirtus regulæ, q̃ pro ea iudicandum est, nisi specialiter reperiatur decretum, decretalis, seu lex, quæ dicat hoc non habere locũ in Papa, id est in citato a Papa. ut not. Ioh. An. in rubrica de regu. iu. li. vi. Bar. in. l. quo ciens. ff. si quis cauto. Sed hoc non reperitur iure determinatum. ergo. &c.

Nec obſtat tex.in dicto.c.Cum dilecti.Nam ille tex.habet plures lecturas, non ergo poteſt ad aliquam deciſionem concludentem allegari, ut eſt doctrina Bar.in.l.in ambiguo.ff.de rebus du.

Præterea Papa in ſuis actibus iudicialibus et extraiudicialibus preſumitur eſſe illius intentionis, qualis de iure eſſe debet, Compoſ. et Alij in. c. cauſam quæ de reſcriptis not. in. l. ex facto.ff.de uulg.et pupill.inde eſt ℔ dicitur, ℔ eius iudicium de uultu dei prodijt.c. primo, ut eccleſiæ. beneficii.c.ut noſtrũ de appellatio. cũ ſimilibus, inde eſt ℔ dicit ℔ indubio non preſumit Papa uti poteſtate ſupra legẽ,niſi hoc exprimat.Inno.ĩ.c.innotuit de electio. Abb.in.c.illa de electio. Cũ alijs quæ traduntur in.l.ij. ℭ.de teſta.milita. Sed iuris communis eſt hoc, ut citatus iuſto impedimento detentus non cogatur conſtituere procuratorem, preſertim in grauibus.c.querelam de procurato. Ergo.&c.Non enim eſt præſumendum ſummum Ponti.uoluiſſe euertere ius commune in ſua citatione.l.ſi quando. ℭ. de inoffi.teſta.c.eccleſia de electio.

Præterea Papa non preſumitur per actus ſuos iudiciales uel extraiudiciales uelle alicui auferre priuilegium indultum, exceptionem, ſeu ius alicui com-

cui competens preſertim regibus chriſtianiſſimis, ut ipſe profitetur in. c.nouit de iudi.in.c.ſi duobus de appellatio.et in ſpecie in rege Angliæ Alex.iij.in.c. Cauſam quæ, qui filij ſint legitti. Regula indultum.c.ſuper eo de officio delega. cũ ſimilibus, ſed ſi ſic amare interpretaretur citatio emanata a Papa,ut eius tenor cogeret conſtituere ꝓcuratorem iuſto impedimento detentũ, ſequeretur ademptio iuris et indultorum conceſſorum ipſi illuſtriſſ.regi Angliæ, merito.&c.

Citatus enim habet hoc indũltum a iure poſitiuo, ut poßit opponere de exceptione loci non tuti ſibi, licet ſit tutus ꝓcuratori. c. ex parte de appellatio. Quod quidem beneficium eſt ſuffultum iure naturæ, ut tradit Oldra.conſ.xliij.doct. in dicta Clemen.paſtoralis.§.Piſana.

Secundum autem obiectum partis aduerſæ, papa citando illuſtriſſ.regem Anglie uideretur illud ſibi auferre, ꝙ minime eſt ueriſimile, ut unde iura naſcuntur, iniuriarum occaſio naſci debeat: publice enim prædicat et profitetur clementiſſimus Clemens ſeptimus non eſſe ſuæ intentionis uelle alicui ius ſuũ auferre preſertim tã illuſtriſſ. regi. &c.

Auferret enim facultatem in abſtracto citato iuſto impedimẽto impedito cauſam per ſe defendendi, & induceret neceßitatem procuratorem conſtituendi in cauſa tam graui, quod eſt ab omni iure alienum. Nec enim eſt ueriſimile ſummum pontificem uelle alicui ſuas exceptiones tollere, ut ipſe atteſtatur in.c.ex parte.el.ij.de officio delegati, immo expreßim auferendo cenſeretur auferre friuolas, ut ibi glo.et doct.

Præterea uidetur eſſe tex.qui decidit iſtam difficultatem in.c.pen.de iu. calum. ubi probatur, q licet papa mandet partibus, ut ſe in ſuo conſpectu præſentent, per quæ uerba, ſcilicet ſe preſentent, uidebatur papa uoluiſſe excludere facultatem conſtituendi procuratorem, ut patet ex ui iſtius pronominis ſe, quod notat perſonalitatem, et ex ui iſtius uerbi præſentent, quod uerbum denotat præſentiam preſentandi, ut glo.in uerbo præſentari, in Clementina dudum de ſepultu. Cum alijs quæ traduntur in.c. Cum parati de appellatio. Tamen contrarium ibi deciditur, ſcilicet q per illam formam citandi Papa non uidetur uoluiße excludere beneficium conſtituendi procuratorem, quod eſt beneficium ciuile.

Multo fortius profecto dicendũ eſt in caſu noſtro pa-

ſtro papam uoluiſſe per citationem ſuam tollere citato ſcilicet illuſtriſſ. regi Angliæ impedito iuſto impedimento beneficium apponendi exceptionem loci non tuti, cum nihil aliud eſſet niſi tollere defenſionem iure naturæ compertam, ut inquit Oldra. conſ.xliij. Quam defenſionem an papa poßit tollere, nemo eſt qui neſciat, Clementina paſtoralis,ut not.in.c.pri.de cauſa poſſeſſ.et proprietat.et in.l.fin. C.deleg.

Tertia concluſio in ordine diſputata, quæ erat. 3
x.in ordine publicatarum, dicebat.

Rex Angliæ inuictiſßimus non eſt citatus a papa, et hoc conceſſo ſine ueri præiuditio. &c.

Fundabatur iſta Concluſio, et pro eius euidentia dicebatur non poſſe reuocari in dubium, nedum papam ſed eius delegatum et quemlibet ordinarium poſſe committere unum articulum iurisdictionalem,ut not. in. c.ſup queſtionũ.§.uerũ et.§.quẽ uero,ubi Abb.et alij de officio delegati, dicebatur enim illud non eſſe, quando papa diſcuſſo negocio mandat dumtaxat officium citationis, et ſic illud nudum facti miniſterium, et tũc uerũ eſſe q̃ citatus p̃ illũ nudum nuntiũ miniſtrũ et executorem papæ ſeu cuiuſlibet alterius Iudicis, diceret citatus a papa uel ab alio iudice, cum

uulgo dici ſoleat, Qui p̃ aliũ facit. &c. Et ita procedit tex. cũ ibi notatis in. c. Paſtoralis. §. item cũ totum de officio delegati.

Secus eſt in eo, qui non nudũ miniſteriũ ſeu officiũ citandi committit, ſed committit cognitionem cauſæ cũ poteſtate citandi uſq; ad ſententiã diffinitiuam nuda dumtaxat prolatione ſententiæ reſeruata, put Papa commiſit et mãdauit reuerendo. P. D. Paulo Capizuccho, ut perpenditur ex tenore commiſſionis: quia tũc dictus dominus Paulus non dicit nudus miniſter aut executor ſeu nuncius, etiã quo ad effectũ citandi ad ſententiã, ſed dicitur iudex delegatus, ut eſt tex. in. c. ſuper queſtionũ. §. uerũ, et. §. Eius ergo de officio deleg.

Nec tunc dici poteſt geſta p̃ dictũ dominũ Paulũ in ueritate et effectu iuris fuiſſe et eſſe facta per ſummum pontificem, ut nota. in. l. prima. §. Qui mandatũ de officio eius. et. in. l. prætor. eo. titulo. et in. l. more et in. l. quia. ff. de iurisdictio. om. iudi. et in. c. ſane, et in. c. Cum olim de officio delegati.

Prout alias conſtituitur differentia an Papa uel alius deleget alicui nudã prolationem ſententiæ, quia tũc dicit ſententiatũ p̃ committentem. c. fi. de re iudi. li. vi. Cum ille, qui fert ſententiam, tunc dicatur miniſter & executor, Et qui per alium facit.

facit. &c. Aliud est si committatur cognitio cum calculo ferendæ sententiæ: quia tunc dicitur delegatus, nec dicitur sententiam ferre delegans, ut est glo. in uerbo Causæ finem, ubi communiter doct. in. c. super Quæstionũ. §. i. de officio delegati, ideo concludendum est, q̃ cum dicto reuerendo Paulo auditori meritißimo non fuit commissum nedum exercitium citandi, prout committitur cursoribus et nuntijs, sed eidem fuit commissa cognitio causæ cum potestate citandi usq; ad sententiã inclusiue, et sic fuit delegatus apostolicus, q̃ citatio prædicta non a Papa delegãte sed a reuerẽdo P. domino Paulo delegato emanasse dicit.

RESPONSA DATA. XX. Martij, In præsentia sanctißimi. D. N. in Consistorio ad allegationes aduocatorũ sereniſſimæ reginæ deductas contra tres conclusiones dicta die disputatas.

PRIMO dicebant, q̃ querere an conclusiones propositæ procedebant secundum communem opi. uel non extra propositum est: quia, inquiunt, de opinione an sit communis uel non communis nichil

uulgo dici ſoleat, Qui p aliũ facit. &c. Et ita procedit tex. cũ ibi notatis in. c. Paſtoralis. §. item cũ totum de officio delegati.

Secus eſt in eo, qui non nudũ miniſteriũ ſeu officiũ citandi committit, ſed committit cognitionem cauſæ cũ poteſtate citandi uſq; ad ſententiã diffinitiuam nuda dumtaxat prolatione ſententiæ reſeruata, put Papa commiſit et mãdauit reuerendo. P. D. Paulo Capizuccho, ut perpenditur ex tenore commiſßionis: quia tũc dictus dominus Paulus non dicit nudus miniſter aut executor ſeu nuncius, etiã quo ad effectũ citandi ad ſententiã, ſed dicitur iudex delegatus, ut eſt tex. in. c. ſuper queſtionũ. §. uerũ, et. §. Eius ergo de officio deleg.

Nec tunc dici poteſt geſta p dictũ dominũ Paulũ in ueritate et effectu iuris fuiſſe et eſſe facta per ſummum pontificem, ut nota. in. l. prima. §. Qui mandatũ de officio eius. et. in. l. prætor. eo. titulo. et in. l. more et in. l. quia. ff. de iurisdictio. om. iudi. et in. c. ſane, et in. c. Cum olim de officio delegati.

Prout alias conſtituitur differentia an Papa uel alius deleget alicui nudã prolationem ſententiæ, quia tũc dicit ſententiatũ p committentem. c. fi. de re iudi. li. vi. Cum ille, qui fert ſententiam, tunc dicatur miniſter & executor, Et qui per alium facit.

facit. &c. Aliud est si committatur cognitio cum calculo ferendæ sententiæ: quia tunc dicitur delegatus, nec dicitur sententiam ferre delegans, ut est glo. in uerbo Causæ finem, ubi communiter doct. in. c. super Questionũ. §. i. de officio delegati, ideo concludendum est, q̃ cum dicto reuerendo Paulo auditori meritissimo non fuit commissum nedum exercitium citandi, prout committitur cursoribus et nuntijs, sed eidem fuit commissa cognitio causæ cum potestate citandi usq; ad sententiã inclusiue, et sic fuit delegatus apostolicus, q̃ citatio prædicta non a Papa delegãte sed a reuerẽdo P. domino Paulo delegato emanasse dicit.

RESPONSA DATA. XX. Martij, In præsentia sanctissimi. D. N. in Consistorio ad allegationes aduocatorũ sereniss imæ reginæ deductas contra tres conclusiones dicta die disputatas.

PRIMO dicebant, q̃ querere an conclusiones propositæ procedebant secundum communem opi. uel non extra propositum est: quia, inquiunt, de opinione an sit communis uel non communis nichil

nichil curandum, cum ſimus in impedimento iuris, in impedimento probabili, in impedimento perpetuo: et cum dignitas regia cogit ad mittendum procuratorem, ac etiam cum cauſa ſit in curia, et talis cauſa, quæ requirat celeritatem.

Reſpondebamus inueſtigationem illam an concluſiones propoſitæ procedant ſecundum opi. communem uel ſecus, non eſſe extra propoſitum, ſed omnino in propoſito et de opinione communi multum eſſe curandum, ut per canoni. plene. in. c. prudẽtiam de officio deleg. Quippe cum ab illa in iudicãdo non ſit recedendum, ut patet ibidem, quatenus autem dicunt excuſatorem eſſe in impedimento iuris, conſiderandum eſt de quo iure loquuntur. Nam aut loquuntur de iure priuato, quod reſidet in abſente citato, ut puta q. citatus non tenet uenire, quia exemptus, uel quia iudex eſt ſuſpectus, uel excommunicatus, et huiuſmodi iuris exceptiones ſiue impedimenta aut allegationes, non poteſt quis niſi mandato fulcitus proponere, ĩ quibus terminis proprie loquitur Inno. in. c. ueniens de accuſat. prout declarat Bal. in. l. reos. C. de accuſat. in. fi. et ſuper tali iure (ut manifeſtum eſt ex materijs) non fundat ſe excuſator, Aut loquuntur de iure publico ſiue communi

conſide-

consideratо, q. ipedimenta allegata sunt iuris, et hoc uel quia approbata sunt a iure communi, uel quia fundata sunt super iure publico, quod competit cuilibet de populo: et tunc cum omne impedimentum etiam facti q̃tumcumq; necessarij ad effectum, q. excusat, debet esse tale ut in.l.Papinianus exuli.ff.de minor.l.sed et si per pretorem .§.fi.ff.ex quibus cau.ma.Bal.in.l.reos.C.de accusatio.in fi.Imol.in.l.quesitũ.ff.de re iudi.et in.c. querelam de procurato.Fely.in. c. accedens el.ij. ut lite non conte. Quilibet debet admitti etiam sine mandato ad talia impedimẽta allegãda Inno. in.d.c. ueniens, et Bar.in.l.pen.§.ad crimen. ff. de pub.iudi.et ibi communiter doct. prout in disputatione habita penultimo Febr.super.ij.conclu. iij.loco proposita plenissime dicebatur, et ratio redditur per Bal.in.d.l.reos, quia allegando causas absentiæ facti est allegare ius publicum,quod competit cuilibet de populo etiam minori ut.l. seruum.§.publice.ff.de procurato. neq; deducitur in iudicio ius aliquod ipsius absentis, licet alleget absentem infirmum esse, sed allegatur solum ius publicum, quia interest reipublicæ absentem indefensum & non ualentem uenire non condemnari, sed defendi ab uno quoq;.

Cum

Cum autem excuſator in materijs deducat non quodlibet impedimentum, ſed impedimentū probabile facti neceſſarij, partim a republica partim ex medijs locis, per quæ illuſtriſſ. Angliæ rex ſi uelit pertranſire non poteſt, et intereſt reipublice eundē illuſtriſſ. regē abſentē indefenſum ac uenire non ualentē ab uno quoque defendi ꝑ tex. ī. d. l. Seruū. §. publice, et doct. ibi. ff. de procu. et ꝑ Bal. in. d. l. reos infi. et per ea, quæ plene dicebantur, tum in uoce, tum in ſcriptis, in diſputatione habita penultimo Febr. et in iuſtificatorijs. iiij. concluſionis ibidem primo diſputatæ merito. &c.

Quatenus autem dicebant, q̄ eramus in probabili, reſpondebamus, ꝙ ſi intelligant de probabili tantum, fortiter errant, ut patet ex iuſtificatorijs quartæ concluſionis penultimo Febr. diſputatæ: ꝙ ſi intelligant de probabili & neceſſario ſimul, tunc bene fatemur nos eſſe in probabili, quia alias ſi impedimentum eſſet neceſſarium, niſi quoq; eſſet probabile, non excuſaret a miſſione ꝑcuratoris, ut plene tā uoce q̄ in ſcriptis, demonſtrabat in reſponſione ad ſecundū argumentū aduerſariorū in diſputatione habita. xiij. Martij ſup. viij. concluſione ibidem diſputata. igitur. &c.

Præterea dicebamus, ꝙ poſito ſine ueri preiudicio

cio, quod impedimẽta deducta essent iuris priuati et non publici, et præterea ꝓbabilia tantũ, tamen adhuc conclusiones ꝓpositæ non possunt dici extra ꝓpositũ, cũ tendant ad ostẽdendum materias esse reuelãtes, et ꝓponaꝫ pro uero, ꝙ ex litteris regijs ꝑ excusatorẽ exhibitis inducatur sufficiens mandatũ, ut ostẽdeꝫ plene sup disputatione habenda sup. vij. conclusione, quamq̃ re uera, cũ impedimenta deducta sunt non solũ ꝓbabilia & necessaria, sed etiã notoria, nullũ mãdatũ requiraꝫ ad illa alleganda, prout tam in uoce q̃ in scriptis in disputatione habita penultimo Febr. sup quinta Conclu. et iustificatorijs eiusdem plene dicebaꝫ, itaq; dicebamus ꝙ cũ simus in necessarijs impedimentis probabilibus et notorijs et uel constet de mandato uel manifeste apparet nullũ mandatum esse necessarium, non sine uerecundia dicitur conclusiones esse extra propositum. igitur. &c.

Quod uero dicunt impedimentum esse perpetuum id scilicet est manifeste falsum: nam ratione loci non est perpetuum, ut plene tam uoce q̃ in scriptis dicebatur in iustificatorijs. viij. conclusionis. xiij. Martij primo propositæ & disputate, nec est perpetuum ratione Papæ, ad quẽ illustrissimus Angliæ rex non potest uenire, ut plene dicebatur

dicebatur in reſponſione ad tertium argumentum factum in diſputatione dictæ. viij. concluſionis. Nec eſt perpetuum ex regia dignitate ſtantibus materijs, ut plene patet ex his quæ uoce dicebantur et in ſcriptis ſuper iuſtificatorijs primæ concluſionis diſputate. vj. Martij.

Quod autem cauſa ſit in curia, illud non poteſt arctare illuſtriſsimum regem ad mittendum procuratorem, quia nullibi hoc reperitur, immo conſtat de contrario per tex. expreſſum in. c. cum dilecti de dolo et contuma. ubi cauſa erat in curia, et ſpeciale eſt ibidem, q. impeditus teneatur mittere procuratorem, quia eſt cauſa electionis ſecundū Inno. Io. An. Abb. Ant. et Canoni. ergo in contrariū eſt ius commune, et ſecus eſt regulariter in alijs cauſis, licet ſint in curia. Male igitur arguitur, cauſa eſt in curia, ergo impeditus tenetur mittere procuratorem, et nullitas huius argumenti apparet ex his, quæ continentur in reſponſione ad. xx. argumentum aduerſariorum factum in diſputatione habita. xiij. Martij ſuper. viiij. concluſione ibidē ſecūdo loco propoſita et diſputata.

Porro q. dixerūt cauſam requirere celeritatem, hoc etiam non arctat dictum illuſtriſsimum regem ad mittendum procuratorem, in cauſa matrimoniali,

matrimoniali,ut patet ex his quæ tam uoce quam in ſcriptis dicebantur in reſponſione ad. xxi. argumẽtum aduerſariorum factum in diſputatione habita.xiij.Martij.et etiã ex not.per Hoſt. Abb. et docto.in.c.quoniam frequẽter.§.ſi autem in.fi. ubi concluditur,q̃ ſola cauſa fornicationis,et conſequenter celeritatis non eſt ſufficiens, ut procedatur contra maritum abſentem, ſed oportet q̃ concurrat contumatia abſentis,ut plenius oſtendetur in diſputatione habenda ſuper.xiiij.concluſione, Merito.&c.

Secundo dicebant, q̃ illa quæ a nobis dicebatur communis opi.non erat uera, inducentes. c. cum dilecti de dolo et contu. ubi dixerunt eſſe tex. q̃ electus Leodicẽſis citatus alternatiue miſit nuncium cum litteris excuſatorijs, et tamen pronunciatur contumax. et dicitur contra eum, q̃ quia erat alternatiue citatus,uidelicet ut per ſe uel per procuratorem compareret,q̃ tenebatur, licet eſſet impeditus, mittere procuratorem et hoc uigore dictæ alternatiue. 2

Reſpondebamus uerba dicti.c.cum dilecti, male fuiſſe recitata, et ſenſum non fuiſſe bene conſideratum,uerba autem formalia dicti capituli (quatenus faciunt ad negocium, de quo agitur) ſunt

ista. Sed contra hoc faciebat, q̃ sicut excusatorem direxerat, sic dirigere potuerat responsalem, cum ei non fuisset iniunctum, ut ad causam in propria persona dumtaxat ueniret, sed uel ipse accederet, uel procuratorem idoneum destinaret, in quibus uerbis apparet, q̃ citatus non tenebatur per se uenire, sed potuit mittere procuratorem ad causam attenta forma citationis quæ erat alternatiua, et q̃ nolens uel impeditus per se uenire tenetur (attenta natura causæ, quæ erat electionis) mittere procuratorem, quia quidem in causa electionis specialiter est constitutũ, ut qui p̃ se uenire non potest, tenetur mittere procuratorem, ut in.c.cupientes.§.insuper de elect.in.vi.et ratio ne gregi dominico diu desit cura pastoris.c. oblate de appellat.et ne ecclesia diu uacans pateretur in spiritualibus et temporalibus grauia detrimenta.c.ne pro defectu de elect. cum autem in .d.c.cum dilecti erat causa electionis arctans impeditum ad mittendum procuratorem, merito tenebatur mittere non ex ui alternatiuæ citationis, sed ex natura causæ: et ita intelligit Inno.dictum tex.in.c.querelam de procurat.et Cald. ibidem.et glo.in.d.c.cũ dilecti, ac Io. An. Abb. et communiter canoni.ibidem.falsum est igitur, quod asseri

tur ex

tur ex aduerſo, uidelicet q̃ citatio alternatiua cogebat ibidem mittere procuratorem, cũ erat potius cauſa potentiæ mittendi p̃curatorem, q̃ cauſa coactionis, cum tex. dicat, potuit. &c.

Tertio dicebant, q̃ opi. ſuper qua fundatur con 3
cluſio propoſita, non eſt communis, immo inquiunt; doct. quodammodo omnes tenent alternatiue citatum impeditum teneri ad mittendum procuratorem uigore alternatiue, inducunt Vincentium et Gofre. in. c. cum dilecti de dolo et contu. Ia. et Phi. in. c. querelam de p̃curat. et Gofre. ibidem et in. c. cum parati de appellat. inducunt etiã Damaſce. dicentem, q̃ diſpoſitio dicti. c. cum dilecti cum ſimilibus, magis procedit ex forma citationis q̃ ex cenſura iuris: inducunt etiam Archi. in. c. ſi egrotans. v. q. iij. et Hoſty. in ſumma de procurat. Bal. Pau. et Ang. in. l. ij. §. ſi quis in iudicio. ff. ſi quis caut. Io. de Imo. in. c. fi. de iuramento calum. Collec. in. d. c. querelam, Pet. de Ancho. in. d. c. cum dilecti, Henri. Bohi. in. d. c. querelam: et cũ citatio huiuſmodi ſit a papa. Alex. et Iaſon. in. d. l. ij. §. ſi quis in iudicio, unde enumeratis prædictis doct. quos dicunt eſſe in opi. contra concluſionem propoſitam, dicunt omnes doc. tenere contra eandem concluſionem et communem opi.

esse contra ipsam.

Respondebamus assertionem aduersariorũ esse falsam, quod manifeste liquebit ex collatione doctorum in hac opi. An alternatiua citatio arctet citatum impeditum ad mittendum procuratorem, et ꝙ dicta alternatiua citatio non cogat impeditum ad mittendum procuratorem facit Bernar. glosator in.d.c.cum dilecti, Inno. si causa sit ardua in.d.c.querelam, quem sequitur Archi.in.d.c. si egrotans referendo se ad Inno. in.d. c. querelã et tenendo ꝙ in grauibus non potest quis cogi ad constituendum procuratorem, nec etiam citari,ut per procuratorem respondeat,sicut uerba illius.c. querelam plane sonant, et respondet ad.d. c. cum dilecti, ꝙ sit ibi speciale propter periculum uacationis, et in hoc multum errabat reginæ aduocatus allegans Archi.pro parte sua contra conclusionem propositam, cum manifestum sit, ꝙ Archi.in causa graui et ardua (cuiusmodi est nostra ex testimonio etiam aduersariorum) teneat contra ipsum aduocatũ et ꝑ nobis, et in opi.Inno.est Tancre.Hosty.et Abb.in.d.c.querelam siue citatus sit quis simpliciter siue alternatiue, secundum eundem Hosty.in. c. ex parte de appellatio. illud etiam tenet Guliel.de mon.lau.in.c.causam super

uerbo

uerbo prefertur de elect. et in clemẽtina unica de foro compet. ſup uerbo citari, et Henri. Bob. in. c. querelã de ꝓcurat. hãc etiam opi. tenent Alexan. Geminianus, Io. de Tur. crem. in. d. c. ſi egrotãs. v. q. iij. Io. de Lign. in. d. c. querelam, Card. in. d. c. cum dilecti: ubi reprobat plane intellectũ, quem ponunt aliqui ibidem, ꝙ citatus ibi tenebatur mittere ꝓcuratorem ex ui citationis, quia hoc erat expreſſum. Nam ut ipſe dicit, hoc eſt aſſerere Papam inſeruiſſe ac expreßiſſe in citatione illud, ꝙ eſt contra diſpoſitionem iuris, quod non eſt ueriſimile: Nec alternatiua citatio hoc operatur, quia non exprimit niſi illud quod tacite inerat de iure. Iſtam opi. etiam ſequit Ioh. de Imo. in. d. c. cũ dilecti et in. l. queſitum. ff. de re. iudi. Ant. et Cald. in d. c. querelam. Io. An. et Abb. in. d. c. Cum dilecti, Iacobus de ſancto Georg. in. l. ij. §. ſi quis. ff. ſi quis caut. Alexan. etiam ibidem, qui plane tenet, ꝙ citatio alternatiua non magis cogit ad mittendũ ꝓcuratorem q̃ citatio ſimplex. Alber. quoq; de roſa. in. l. fin. C. de procur. Pau. de. Ca. in d. l. ij. §. ſi quis. ubi limitãdo ſua dicta precedentia dicit, ꝙ impeditus tenetur mittere procuratorem, niſi ad conteſtandũ litem, et ad ſententiam audiendam, quia ad iſta cum ſint grauis preiudicij,

non tenetur impeditus mittere procuratorem, et hoc tenet Bal. ibidem per glo.in.l. si quis instituatur.§.fi.ff.de here.instituen. unde licet Paulus prius dixerit, q̃ citatus alternatiue tenetur, si sit impeditus mittere procuratorem, tamen postea limitat dictum, ut non procedat in grauibus et q̃ citatio alternatiua non magis cogit ad mittendū ꝓcuratorem q̃ citatio simplex. Tenet Io.de Imo. in.d.l.quesitum, reprobando eos, qui contrarium tenuerunt,et hoc dicit esse de mente Bar. et aliorum non facta distinctione, an sit dictum in citatione compareas simpliciter, uel compareas per te uel per procuratorem, istud etiam Alex. in. d. l.ij.§.si quis dicit esse uerum referendo se ad Pau. de Lea. in commentario super. c. finem litibus. Bernar. igitur Tancre. Inno. Cald. Hosty. lap. Io.An.Henri.Guliel.demon.lau.Alexandri. Gemini.Ioh.de Tur. crem.Ioh. de lign.Car.Flor.et Anto.de Butrio tenent hãc conclusionem. Præterea Abb. sicu. Ioh. de Imo.Iacobus de sancto Geor.Alber.de ros.Alex.de Imo. similiter tenẽt et dicunt esse de mente Bar.et aliorũ, et licet aduersarij allegant Bal.Pau.et Ang.pro eis, tamen cum ipsi limitant se, ut supra patet, manifeste faciunt contra eos, & ubi allegant Archi. Reuera

Archi.

Archi. refert se ad Inno. in. d. c. querelam, qui facit expresse contra aduersarios. Præterea ubi allegant Hosty. in summa non aduertebant, q. idē Hosty. ab hoc recedit in lectura. in. d. c. ex parte, similiter ubi allegant Henri. Bohi. pro se. in. d. c. querelam, manifestum erit legenti eundem, q. est contra eos. Præterea ubi allegarunt Ioh. de Imo. profecto ipse refert se ad notata per ipsum. in. d. c. cum dilecti, ubi expresse recedit ab opi. quam tetigit. in. d. c. querelam, et tenet pro conclusione, et hoc idem facit. in. l. quesitum. ff. de re. iudicata. Iam facta collatione apparebit, q. nos non solum numero doctorum superamus, sed etiam ueritate, q. conclusio proposita procedit secundum communem opi. doctorum.

Quarto dicebant q. opi. contraria, uidelicet q. 4
Alternatiue citatus impeditus teneatnr ratione alternatiue mittere pcuratorem est uera, et hoc sic nitebantur probare, licet regula sit, q. expressio eius q. tacite inest de necessitate, nichil debet operari, tamen dicta regula fallit, quando aliter et alio modo exprimitur q̄ inest: sed inquiunt, ubi citatio est alternatiua, aliter fit expressio q̄ quomodo inest: quia quando quis citatur simpliciter, tacite inest q. si uelit per se uenire, q. non

tenetur mittere procuratorem: ſed quando expri mitur alternatiue, uidelicet ut compareat p ſe uel per procuratorem, tunc fit expreßio ad tollendū iſtam uoluntatem, et q̄ cogatur mittere procuratorem impeditus, quando per ſe non poteſt uenire: igitur aliud in alternatiua citatione, et aliud in ſimplici.

Reſpondebamus negando minorem, quia etiam dicebamus, q̄ etiam in ſimplici citatione tacite ineſt ex iuris diſpoſitione per modū alternatiue, q̄ citatus per ſe uel per procuratorem compareat. l. fi. C. de procurat. et l. i. §. uſus. ff. de procur. c. fi. de iuramento Calum. ergo eius expreßio alterna tiue eſt exprimere eodem modo, ut patet ex his quæ habentur in. c. ſignificaſti de elect. in. glo. ij. ubi deducitur, q̄ expreßio conditionis, quæ tacite inerat ex iuris diſpoſitione non facit rem cenſeri aliter expreſſam q̄ uideatur ineſſe. et alibi dicitur, q̄ id cenſetur ineſſe ex neceßitate, quod ineſt ex natura obligationis ut. in. l. non recte. C. de fideiuſſo. et ibi Bal. in prin. itaq; alternatiua expreſſa nichilomagis hic operabitur q̄ tacita, cum paria ſint citari ſimpliciter q̄ compareat, uel citari alternatiue, quia utrobiq; intelligitur, q̄ compareat per ſe uel per p̄curatorem ſecundū Imo. in

d. l. que-

d.l. quesitũ et Alex. in. d.l. ij. §. si quis uersiculo ul timo, et hoc ex natura obligationis simplicis citationis, ꝑ quæ etiã patet responsio ad.l. Stichum aut Pamphilũ. ff. de solut. ubi quidã ꝓmisit alterna tiue expresse id, ad q̃ tacite non tenebat. Præterea in iure non parificant simpliciter ꝓmittere & alternatiue promittere, ut patet. in. d.l. et in.l. si quis ita stipuletur. ff. de uerb. obli. et tamen citare simpliciter et alternatiue equiparant, Merito &c.

Quinto dicebant, q̃ quãdo aliquod exprimitur, 5
q̃ tacite inerat dependens a uoluntatẽ, eius expressio debet operari, exemplũ ponunt in die expresso ab arbitro, nam licet nullo die expresso ab arbitro, tacite dies intelligat a lege, uidelicet tempus quadrimestre et mora posßit purgari ut in.l. si cum dies. §. fi. cum. l. sequen. et. l. celsus. ff. de arbi. tamen die expresso ab arbitro ei est standũ, et mora purgari non potest, ut ĩ dictis legibus. Adeo q̃ si arbiter condẽnando expresserit diẽ quæ tacite inerat a iure, pars post diẽ non poterit morã purgare, ut determinat Pet. quẽ sequit Bar. in. l. ij. ff. de leg. i. et ratio, quia cũ dependebat a uoluntate arbitri statuere diem, expressio diei licet tacite a iure intellecti debet plus operari q̃ si non exprimeretur: pari modo inquiũt, in casu nostro, cum

dependeat a uoluntate citati mittere uel non mittere, et etiam dependeat a uoluntate Papæ citantis, utrum debeat mittere uel non mittere, nam expreßio declarat uoluntatem, q̃ impeditus teneatur mittere.

Reſpondebamus, q̃ ſi aduerſarij intelligant, q̃ illud quod tacite hic inerat, uidelicet mittere procuratorem uel non mittere, dependeat a uoluntate ſimpliciter citati: Tunc argu. non quadrat, quia loquitur, quando ille idem exprimit, ex cuius uolũtate dependebat illud, quod tacite inerat, non autem quando alius, ſed hic alius exprimit q̃ pars citata, merito. &c.

Quod ſi uolunt illud, quod tacite inerat, dependere a uoluntate iudicis, et q̃ iudex poteſt illud, quod tacite ineſt, aliter ordinare q̃ inſit a iure, & tunc falſa erit eorum aſſertio per.c. primum de iudi.in.vi.et per not.Ant. et doc. communiter in d.c.querelam, et in preallegato. c. Cum dilecti: etiam ſi Papa ſit iudex.attendendo eius poteſtatem ordinariam, ſecundum quam non conuenit ut ſine cauſa detrahat alicuius iuri, aut tollat beneficium ſibi a iure conceßum per not.in.c.ex parte el.ij.et.c.ſuper eo de officio deleg.et.l.ij.§.ſi quis .ff.ne quid in loco publico et regula iuris indultum li.

tum li. vi. licet ex poteſtate abſoluta & de plenitudine poteſtatis ſit aliud ſecundum Ant. in. d. c. querelã. Qua tamen poteſtate non uidetur uti, niſi exprimat, ut in. c. ad hec. & ibi Abb. poſt glo. de reſcriptis, nec obſtat quod dicitur de Arbitro, quia aliud eſt in iudice, qui diem a iure tacite intellectum aſſignat et exprimit: nam eius expreſsio non operatur, cum tacite inſit ex neceſsitate, ut eſt tex. cum glo. in. l. iiij. §. condemnatus. ff. de re. iudi. in Arbitro uero ineſt ex uoluntate, unde expreſsio debet operari. l. Talis ſcriptura. §. et ad ea. ff. de. le. primo, cum autem in caſu noſtro expreſsio alternatiua erat facta a iudice, Merito. &c.

Sexto dicebant regulã predictam, uidelicet expreſsio eius quod tacite ineſt. &c. non habere locum, quando expreſsio fit ad neceſsitatem imponendam, ponebant exemplum, ſi quis inquiunt, teneatur ad decem uel ad noxæ deditionem, ex legis diſpoſitione non poſſunt peti niſi. x. et tamen ſi expreſſe ſtipulatus fuerit quis, decem uel noxæ deditionem a debitore qui alias ad ea ſoluenda alternatiue tenebatur, utrumq; eſt in obligatione, et peti poteſt, quia neceſſario tenet debitor propter alternatiuam expreſſam, ut eſt tex. in. l. miles. §. 6

les.§.i.ff.de re.iudi.et ibi.Bar. ſic inquiũt ĩ ꝓpoſitõ,q̃ licet ĩ ſimplici citacione tacite inſit, q̃ citatus poßit p̃ ſe,uel ſi uelit p̃ ꝓcurat.impeditus comparere,tamen in alternatiua citatione expreßio, q̃ compareat per ſe uel p̃ procuratorem, imponit talem neceßitatem, q̃ ſi citatus non poßit per ſe uenire, tenetur tamen mittere procuratorem.

Reſpondebamus argumentum ꝓcedere,quando id q̃ ineſt exprimitur,alio modo et aliter q̃ ineſt: et ſic loquitur.l.miles.§.primo.ff.de re.iudi. Nam ibi inerat tacite,q̃ actor non poterat petere niſi. x.et q̃ reus poterat eligere an daret.x.uel noxæ deditionem, ita q̃ unũ tantum ibidem erat ĩ obligatione, quod tantum potuit actor petere ex legis diſpoſitione. At in ſtipulatione alternatiua expreſſa utrumq; deducitur in obligatione,et utrũq; poteſt peti ex natura ſtipulationis alternatiuæ, quia utrumq; poteſt per ſe in ſtipulatione deduci: et ſic alternatiua eſt expreſſa aliter q̃ tacite inerat,cum autem in citatione alternatiua non aliter fit expreßio q̃ eo modo, quo tacite inerat, ut ſuperius eſt deductum, Merito. &c.

7 Septimo dicebant,q̃ citatio huiuſmodi alternatiua imponit neceßitatem mittendi procuratorẽ ex eo q̃.S.D.N.decreuit cauſam committendã ĩ

curia

curia non obſtãtibus impedimẽtis huiuſmodi, ꝓpter que oratores ſereniſſimi regis Angliæ inſtetẽrũt apud. S.D.N. ante commiſſionẽ, ut non committeret in curia, unde cũ iſta impedimenta erant tũc deducta, et tamen ipſis non obſtãtibus interponebat predictũ decretũ ĩ contrariũ, Merito &c.

Reſpondebamus, ꝙ licet ſanctitas. D. N. commiſit causã in curia, non tamen commiſit non obſtãtibus impedimẽtis. Præterea oratores ſereniſſimi regis non allegarũt talia impedimenta, qualia nũc allegant ante dictã commiſſionẽ, nam ſi allegaſſent, Papa non potuiſſet de mero iure committere cauſam in curia, et ſic decretũ huiuſmodi Papæ ex illo capite non obſtat, nec uidetur ſimpliciter committendo tollere defenſionem partis ꝑ. c. ex ꝑte. et. c. ſup eo de officio deleg. et. l. ij. §. ſi quis. ff. ne quid in loco publico, et per locum a ſpeciali in. d. c. cum dilecti, et ꝑ Canoni. communiter ibidem: ex quibus ſequitur, ꝙ committendo in caſu noſtro cauſam ſimpliciter in curia, non uidebatur tollere exceptionem loci non tuti, nec alias exceptiones abſentiæ neceſſarias.

Octauo dicebant, ꝙ querere utrum Alternatiua Citatio cogat regem ad mittendum procuratorem in cauſa conſideratis impediẽtis, 8

eſt

eſt querere de uoluntate Papæ, utrum Papa uelit aut nolit, non autem de poteſtate Papæ, quia de hoc non dubitatur, ſed inquiunt, Papa eo tempore, quo commiſit cauſam in curia, et uoluit cauſam ibi eſſe declarauit mentem & uoluntatem ſuam. Regem debere procuratorem mittere ex eo, q̃ cauſa erat in curia, ergo cum de poteſtate non dubitatur, et conſtat de uoluntate, citatio inducet neceſsitatem mittendi procuratorem.

Reſpondebamus preſumptionem eſſe, q̃ Papa nolit derogare iuri alicuius. c. ex parte et. c. ſuper eo de officio deleg. et. l. ij. §. ſi quis. ff. ne quid in loco publico. Io. An. Abb. et cæteri in. d. c. cũ dilecti, unde cum cuilibet citato competit facultas litigãdi p̃ ſe ſi uelit precipue in cauſa graui dicto. c. querelam, et ibi communiter doc. et cauſæ ſuæ aſsiſtendi. l. Paulus. ff. de procurat. l. ſi ſuſpecta. ff. de inoffi. teſta. glo. ſi. in. c. ij. de procur. libro. vi. et Papa cogendo citatum mittere procuratorem ad locum non tutum, tolleret iſta beneficia & iuri citati derogaret contra regulam indultum de regu. iu. in. vi. Ergo non præſumitur, q̃ Papa ſic facere uelit, licet ex plenitudine poteſtatis poſſet p̃ not. in dicto. c. ad hæc p̃ Inno. in. c. innotuit de elect. Abb. in. c. illa eo. titulo.

Quod

Quod autem dicitur Papam declarasse uoluntatem suam, & se uelle: quando causam in curia commisit, q̃ rex deberet procuratorem mittere, hoc dicebamus esse falsißimum. igitur. &c.

Nono dicebãt, q̃ Iudices maxime summi ponti. possunt tollere exceptiones, præcipue ubi non preiudicatur parti, ergo inquiunt, cum hic dubitatur de uoluntate et non potestate Merito. &c.

Respondebamus, hoc argumentũ esse expresse falsum per not. in. l. quoties. C. de preci. impera. offeren. et in. c. ex parte de officio deleg. neq; reperitur, q̃ iudex potest tollere aliquam exceptionem competentem parti, immo reperitur contrarium per not. in glo. fi. in. c. quod translationem de officio leg. et per not. glo. in. c. fi. de heret. in. vi. et licet Papa hoc posßit ex plenitudine potestatis, ut superius est dictum, quia tamen non presumitur ex illa potestate hoc feciße, et hic tractatur de maximo preiudicio partis, cui tollitur facultas defendendi causam suam et etiam aßistendi, et quominus posßit esse presens in iudicio Merito. &c.

Decimo dicebant, q̃ in signatura erat sepius iustificatum, q̃ impedimentum, de quo in materijs, erat perpetuum uel saltem longum, unde dicebant

cebant q, eo attento, et considerata etiã presumptione uoluntatis. S. D. N. sic ut præmittitur declarata, debeat serenissimus rex mittere procuratorem.

Respondebamus, argumentum non esse uerum, quia q̃q̃ in signatura erat pronunciatum excusatorem non esse audiendum per uiam appellationis, tamen. S. D. N. decreuit, q, si ueniret per uiam querelæ, quemadmodum nunc instat, ipsum audiret. Præterea nunquam neq; in signatura, neq; in Consistorio pronunciatum fuit impedimentum allegatum per excusatorem esse perpetuum, neq; sic potuit pronunciari, nisi aperte facerent contra decisionem determinatam in iure luce meridiana clariorem, attento q, ipsum impedimentum neq; est perpetuum neq; longum sed momento remouibile, ut plene dicebatur in disputatione habita. xiij. Martij.

Quod autem aduersarij referunt se ad presumptam uoluntatem Papæ, quia declarauit secundum eos serenissimum regem teneri ad mittendum procuratorem, hoc scilicet est presumere papam in illorum gratiam uelle manifestam iniuriam dicto serenissimo regi inferre, quod credimus non esse præsumendum.

Vndeci-

Vndecimo (proposita per nos secũda conclusi- 12
one) dicebant, quod hec conclusio est eadem cum precedenti, et sic superflua: unde dicebãt, q̃ non erat opus ulteriore disputatione circa istam cum decisa precedente decidatur et ista.

Respondebamus assertionem aduersariorũ esse falsam, quia precedens conclusio respiciebat citationem alternatiuam, uidelicet an alternatiue citatus impeditus teneatur mittere procuratorẽ, super qua alternatiua fundabant se aliqui doc. uidelicet Vincen. et sui sequaces in. d. c. cum dilecti, et in locis superius allegatis, non considerantes, utrum a Papa uel ab alio iudice emanauit citatio, contra quos est communis opi. ut superius est ostensum: Hic autem quia dubitari potuit, an citatio emanans a Papa in causa, de qua agitur, arctaret citatum iusto impedimento detentum, ut in materijs ad mittendum procuratorem ponitur ista conclusio, quia sciendum est, q̃ erant aliqui in hac opi. q̃ citatus a Papa etiam in arduis causis impeditus non excusaretur, nisi mitteret procuratorem, & hoc q̃ sit speciale in Papa, tenet glo. secundum unum intellectum, quem ponit ad preallegatum. c. cum dilecti, quod etiam uidetur sequi Alex. et Iason in. l. ij. §. si quis. ff. si quis

caut. tamen ad ostendendū quod citatus in ardua causa legitime impeditus non teneatur mittere procuratorem, etiam si fuerit citatus a papa posita erat ista Conclusio, et hoc cū misterio, quia alias potuit dici, q̄ licet citatio ex ui alternatiue non cogebat ad mittendum procuratorem, ut in conclusione precedenti, tamen ex alio capite, scilicet quia ipsa citatio emanauit a Papa, citatus licet impeditus debet mittere procuratorem, ad quod remouendum posita erat ista conclusio, ut predicitur. Quæ quidem conclusio tenet a Cald. in. d. c. querelā, ab Inno. Hosty. Henr. et Ant. ibidem. a Io. An. in. d. c. cum dilecti, ubi etiā glo. recedendo ab illo speciali, quod posuit ī Papa, dicit quod Papa ibidem non pceßit super principali, cū quo consentiunt Card. Flo. Abb. et communiter canonistæ ibidem, quia non est uerisimile Papam uelle iure alicuius derogare, ut in. c. exparte. c. sup eo de officio deleg. l. ij. §. si quis. ff. ne quid in loco publico. Cogere autem aliquem procuratorem mittere est contra. l. i. §. usus. ff. de pcurat. et. l. fi. . C. eo titulo. et. c. querelam predict. ac contra. l. ij. . §. si quis. ff. si quis caut. et nichil aliud secundum Card. q̄ dicere papam uelle facere iniuriā Citato et quod inde iniuria nasceret, unde iura nasci deberent,

berent, contra.l.meminerint. ℂ. unde ui, unde licet papa ex plenitudine poteſtatis hoc poſſet ſecundum.D. Anto.et Henr.in.d.c. querelam: tamen q̃ papa uelit uti plenitudine poteſtatis non preſumitur per not.in.c.ad hæc de reſcriptis, & quo ad dictum.c.cũ dilecti omnes doc. ibidem dicunt, q̃ ibi ſpeciale fuit in Eccleſia uacante, non quia citatio emanauit a papa, unde in caſu noſtro, poſito ſed non conceſſo q̃ ſereniſſimus Angliæ rex eſſet citatus a papa, non tamen p dictam citationem cogitur legittime impeditus, ut in materijs, mittere procuratorem. Nec obſtat, quod dicit Alex.in.d.l.ij.§.ſi quis uerſiculo de materia, quia ille refert tantum ſe ad intellectum predictũ, ut ſi intellectus ille eſſet uerus. Speciale eſſet in papa, cum autem ille intellectus ſit communiter reprobatus, merito non obſtat, et idem uidetur innuere Iaſon in.d.l.ij.Merito. &c.

Et ex prædictis patet concluſionem iſtam eſſe eandem cum precedenti ut falſo exiſtimabant aduerſarij.

Duodecimo (propoſita per nos tertia concluſione) dixerunt aduerſarij, quod de more & ſtilo eſt, quod quando committitur citatio alicui quo ad actum expediendum per alium, ille cui com- 12

mittitur citatio, non dicit citare, sed ille qui committit, sed inquiunt commissa erat citatio domino Paulo, reseruata sententia domino papæ, & dominus Paulus citauit ad sententiam ferendam per papam et suum Consistorium, Merito. &c.

Respondebamus assertionem aduersariorum in hac spetie esse falsam, nam is cui ab alio decretū citationis committitur, ut citet ad actum expediendum per alium censetur, quo ad illum actum delegatus, et tanq̃ delegatus hoc facit, adeo q̃ ab illo tanq̃ a Iudice pōtest prouocari tex. in. c. super questionum. §. uerum et ibi Abb. de officio deleg. et ponit exemplum etiam quādo committitur citatio, in qua quidem citatione requiritur iurisdictio et causæ cognitio, circa adsignationem termini ad comparendum, et cetera quæ debent attendi in decernendo citationem ut. l. a procedente c. de dilat. et in. c. cum causa et. c. prudentiam de offitio deleg. Quibus in locis patet, q̃ citatio est iurisdictionis, et quod a citante tanq̃ a Iudice potest appellari. Nam si papa decerneret citationem, non posset ab eo appellari: ergo decretum citationis factū a delegato Papæ non potest dici decretum Papæ: licet decernat quo ad actum expediendum coram papa, alias sequeretur q̃ omnia

grauа-

grauamina illata per tales deputatos a papa cenſerentur illata a papa, quod non eſt dicendū: cum igitur papa commiſit cauſam reuerendo domino Paulo cum clauſulis, q̄ citet et inhibeat, ac alijs de quibus in commiſsione, et dictus dominus Paulus poſt exhibitionē commiſsionis citationem decreuit, non poteſt hoc decretū dici decretū Papæ, quia ſi in iſto decreto grauaſſet prout potuiſſet contingere in aſsignatione termini nimis breuis uel citando ad locum notorie non tutum, non eſt dubiū quin ab illo poſſet appellari. d. c. ſup queſtionum. §. uerum et. c. primo de dilat. et Inno. ac ſequaces in. c. ij. de dilat. Nec ſtilus aliquis eſt in contrarium, immo uidemus quotidie, q̄ a delegato Papæ ad papam apellatur licet appellatio interposita a papa non ſit recipienda, q̄ ſi papa decreuiſſet citationem ad certum terminum et nudam executionē commiſisset alteri, defendi poſſet citationem a papa emanaſſe et exequentem merum fuiſſe executorem rei diſpoſitæ per. l. executorem .C. de execut. rei. iudi. et plene in. c. de cetero de re. iudi. et in. c. Paſtoralis. §. quia uero de officio deleg. Papa autem in caſu noſtro ſic non decreuit, Merito. &c. et hæc eſt prima reſponſio ad hoc argumentum.

2 Secundo respondebamus, quod posito sine preiudicio ueritatis, quod Papa diceretur citasse quo ad sententiam, quæ erat ipsi Papæ reseruata, tamen cum non posset ueniri ad sententiam nisi antea fiat examinatio causæ et ꝓcessus debitus ꝑ .l. prolatam. C. de senten. et interlocut. et. c. ĩ causis de re. iudi. et tales actus erant commissi Domino Paulo, respectu quorum non potest (etiam secundum aduersarios) citatio dici emanasse a Papa, cum fiat ad actus non reseruatos Papæ, Merito. &c.

13 Decimo tertio dicebant id quod quis mandat fieri per alium ipse mandans facere uidetur, sed inquiunt Papa mandauit Domino Paulo, quod citet, ergo. &c.

Respondebamus hoc argumentũ aduersariorũ probare citationem non emanasse a Papa: nam qui per alium facit, uere per se non facit cum hoc sit impossibile, nam uere loquendo factũ ab eodẽ diuersis temporibus non censetur esse idem. l. si non sortem. §. libertus. ff. de condi. indebiti et in aut. de si. de instru. Circa pri. Dy. in regula iuris, qui per alium facit, et Io. An. ibidem. Bar. in. l. si is qui pro emptore. ff. de usucap. multo minus ergo factum per aliũ unde ex quo ista citatio emanauit

nauit ab alio q̃ a Papa ſequitur. &c. Neq; obſtat, q, iuris fictione et interpretatione, qui per alium facit, cenſeturfacere p ſe ipſum, et q, papa citando p delegatū cenſetur iuris interpretatione ipſemet facere, quia hoc intelligitur ad effectum, quod citatio ſulciatur auctoritate Papæ committentis & ad habilitandum commiſſarium, ut poſſet decernere citationem, quam alias non poſſet, non tamen quoad ceteras ſpecialitates & prærogatiuas ſpecialiter Papæ inhærentes, quæ non includuntur in mandato, ut dicetur in reſponſione ad ultimum argumentum. Et licet Papa poßit derogare iuri alterius per actum ſuum, non tamen ſequitur, quod alius, cui talis actus committitur, poßit derogare, cum facultas derogandi iuri alterius, uel ſubuertendi ordinem iuris, non competit delegato Papæ. c. exibita de iudi. c. ij. & .iij. de libelli oblat. c. unico de lit. conte. glo. in. d. c. quod tranſlationem glo. fi. in. c. fi. de heret. li. vi. Cum autem in commißione domini Pauli facta, ut citat S. Regem Angliæ non conteneatur, ut poſſet derogare iuri ipſius regis, uel quod citet ad mittendum procuratorem dato impedimento in perſona ſua, Merito. &c.

Secundo respondebamus, q̧ ubi committitur alicui nuda ꝓlatio decreti, dicit̃ ꝓlatio facta a committente, et non a commissario, quia ꝓferens est nudus minister et execu. c. fi. de re. iud. li. vi. et tũc habet locum illa regula, qui per alium facit. &c. Aut committitur cognitio cum potestate decernendi, tunc prolatum decretum a delegato & non a delegante censetur factum glo. in uerbo causæ finem, et ibi communiter doc. in. d. c. super Questionum. §. pri. l. i. §. qui mandatam de off. eius cui. l. mora. l. et quia. ff. de iurisd. om. iud. nec habet locum dicta regula. Cum igitur domino Paulo commissa fuit causæ cognitio cum potestate decernendi citationem, ut in sua commißione, sequitur q̧ est et fuit delegatus apostolicus, nec decretum ab ipso poßit dici decretum Papæ per iura superius allegata.

10 Decimo quarto id quod facit aliquis ex commißione principis, ipse princeps facere uidetur. l. fi. ¶. ubi et apud quos in integrũ resti. petatur.

Respondebamus hoc argumentum expresse probare, q̧ non censetur a principe factum, quod ipse princeps committit alteri faciendum, et quod non uere emanat citatio a Papa, quando committit decretum citationis alteri, ut facit in casu

nostro

noſtro: neq; obſtat ꝓpoſitio ſumpta ex præallegata.l. fi. Nam dicimus illam eſſe ueram, quo ad ea quæ includuntur in mandato et non in alijs per not.in.c.unico de cap.mon.in glo.in uerbo epiſcopos, ubi factum a uicario epiſcopi uel eius delegato cenſetur factum ab epiſcopo in his quæ cadunt ſub mandato ſecũdum dominicum de ſancto Gem. ibidem, quem ſequitur Phi. Cum autem in commiſsione. D. Pauli non continebatur, quod poſsit derogare iuri regis, aut regem impeditum (ut in materijs) arctare uigore citationis ad mittendum procuratorem, & in mandato ſimplici Papæ non includitur facultas derogandi iuri alterius.c.ex parte et.c.ſuper eo de off. deleg. l.ij. §.ſi quis.ff.ne quid in loco pub.cum ipſius delegatus ad inſtar ordinarij procedere debet dicto.c. ex parte, nec extenditur ad ipſius deputatum, quod ipſi papæ ratione dignitatis competit, ut patet per not. Phi.in.c.non putamus de conſu. li. vi.merito licet papa poſſet citare impeditum ad mittendum procuratorem contra ius commune, eo quod eſt ſupra ius, tamen hoc non extenditur ad eius delegatum per mandatum de citando ſimpliciter, et ſic non obſtat dicta.l.fi.quia uerum eſt ꝙ princeps uidetur facere, quod alius facit ex

eius commissione respectu eius quod cadit in mandato, et non aliter. igitur. &c.

¶ Ex prædictis apparet, q̃ obiecta aduersariorum non obstant, nec impediunt admissionem excusatoris regiæ Maiestatis & materiarum per eum propositarum.

SEQVNTVR IVSTIficatoriæ ceterarum conclusionum publicatarum.

PRATER sancte, prima conclusio proposita in numero decima tertia est infrascripti tenoris.

Stantibus materijs, ex intellectu Innocentij et sequacium ad. c. cum dilecti de dolo & contuma. non iuridice infertur ad causam de qua agitur secundum com.

Occasionem et materiam disputandi istam nobis præbuit quedam solutio in præcedenti disputatione sancti. V. recitata, facta ad concordandũ duas decretales, inter quas uidebatur esse discordia. nam cum in decretali. Alex. tertij, quæ incipit, querelam sub titulo de procur. dicatur, quod in grauibus causis detentus iusto impedimento non

non cogitur constituere procuratorem, immo per excusatorem legittima impedimenta proponentem defenditur sic ꝙ ob non comparitionem non possit quouismodo reputari contumax. et in decretali Inno. tertij, quæ incipit, Cum dilecti. sub titulo de dolo et con. totum oppositum uideatur dici ad concordandum istam diuersitatem & discordiam. Innocentius quartus (omissis alijs solutionibus datis ꝑ glo. & doc. ibidem, super quarum ueritate satis ample ĩ ultimo consistorio fuit disputatum) dicit, quod in dicto. c. Cum dilecti est speciale in causa electionis, de qua ibidem agebatur, propter periculum uacationis. c. constitutus de appell. c. quoniam frequenter. §. porro ut lite. non cont. c. oblate in fi. de appell. c. ne pro defectu et. c. bone el. i. de elec. cuius solutionem & sententiam schola cano. in dicto. c. querelam approbat communiter. et idem in. c. si egrotans. iij. q. v. et in dicto. c. cum dilecti, et in. l. quesitum. ff. de re iud. et in. l. ij. §. si quis in iudicio. ff. si quis cau. et faciunt nota. Inno. et Hostien. in. c. cum inter uniuersas et in. c. bone el. pri. et. in. c. quia propter et. c. coram de elect. et in. c. ij. de noui operis nunci. et in. c. quoniam de off. ordi. in. vi. et notatur in. c. presentium de testi. li. vi. quibus in locis

habetur,

habetur, q̃ citatus ad faciendum electionem si sit iusto impedimento detentus, cogitur propter periculum uacationis constituere procuratorem.

Cum igitur secundum prædictum intellectum Inno. cautum reperiatur in matrimonio spirituali, quod detentus iusto impedimento cogitur constituere procuratorem: omnino uolebat pars serenissimæ reginæ, q̃ idem obseruari debeat in matrimonio carnali, & q̃ ex dicto intellectu Inno. iuridice infertur ad causam, de qua agitur, cum ista duo matrimonia, aliquando in iure equiparata inueniant, ut in. c. inter corporalia de transl. præla. contra quam opinionem et assertionem ponitur conclusio memorata, uidelicet quod stantibus materijs. &c. prædicta uero conclusio iustificatur rationibus et iuribus infrascriptis.

1 Et primo pro dicta conclusione est textus apertus secundum expositionem Hostiensis et omnium eum sequentium in dicto. c. querelam de procurator. Nam ibi dicitur per Alexandrum tertium quod in grauibus quis non cogitur constituere procuratorem, et Hostien. ibidem exponit, grauibus scilicet arduis et ponderosis, ut puta in causis matrimonialibus: quam expositionem non legimus ab aliquo improbatam, immo cũ ea

transeunt

transeunt Io. And. et alij. igitur textus ibidem est irrefragabilis, quod in matrimonio carnali iusto impedimento detentus non cogitur constituere procuratorem.

Secundo comprobatur per textum in terminis 2
in. c. accedens el. ij. ut lite non contes. ubi in causa matrimoniali quis potest obijcere exceptionem loci non tuti, quem textum ad hoc ponderat Abb. ibidem in uer. quinta et ultima. et allegat textum in. c. ex parte de appella. qui textus requirit locum esse tutum et domino et procuratori, adeo q̃ Abb. ibidem concludit per eum tex. non sufficere, q̃ locus sit tutus procuratori, nisi ẽt sit tutus domino. et sic non est habenda consideratio an locus sit tutus procura. nisi etiam sit tutus domino, quicquid dicat rota decis. xv. alias quinta in an. de dolo et con. quæ uidetur innuere, q̃ in terminis dicti. c. accedẽs locus non erat tutus procura. tum quia nullum uerbum de hoc in dicto decre. tum quia iura alleg. in dicta decisi. non probant eius intentum, immo probant contrarium, propterea q̃ textus in. §. Pisana allegatus in dicta decisione nihil dicit, q̃ locus, ad quẽ rex Robertus erat citatus, non erat tutus eius procuratori, sed tamen dicit, quod non erat tutus

ipsi

ipſi regi. Præterea.c.cum locum, allega. etiam in dicta deciſione ad probandum, quod locus in cauſa matrimoniali debet eſſe tutus parti, nullum uerbum habet de procuratore. & finaliter cum deciſionibus rotæ (ut dicit Gemi.in. c. cum duobus de reſcrip. li. vi.) eatenus eſt credendum quatenus iure probantur, cum ſint ſententiæ probabiles & non autenticæ, & intellectus rotæ huiuſmodi non probatur legibus in ea allegatis, Immo probatur contrarium merito. &c.

3 Tertio facit glo.in.c.ſiue.xxx.iij.q.ij.ubi textus loquitur in cauſa matrimoniali, et gloſa colligit, quod locus, in quo agitandum eſt iudicium, in illa cauſa debet eſſe idoneus et ſecurus, in quo partes conuenire poſſint. ponderandum eſt dum. glo. illa nihil ſpecifice loquens de procur. omnino conſiderat partes, uolens q. debeat eſſe tutus partibus, dat intelligere quod ſi altera ipſarum partium ſit iuſto impedimento detenta, quemadmodum illuſtriſſimus rex Angliæ eſt in cauſa de qua agitur, non cogitur conſtituere procuratorem. Et certe glo. prædicta approbatur ibidem ab omnibus, et probatur per illum textum.

Quarto

Quarto facit.c.constitutus el.ij.de testibus. ubi 4
Papa mandat, quod in causa matrimoniali uertente inter principem Bohemorum & principissam,deputetur locus idoneus et securus partibus. Si partibus ergo.&c. ut supra.

Quinto facit quod dicit Imola et Alex.in.l. recusare.§.si quis. ff. ad Treb. per textum in dicto .§.Pisana, uidelicet quod in graui causa non cogitur quis constituere procuratorem, quam conclusionem sequitur Fely.in dicto. c. accedens per dictum.§.Pisana. Cum autem hæc causa est grauis, & inter illas causas graues, in quibus impeditus per se uenire non tenetur mittere procuratorem.ut not.Hosty.& omnes in dicto.c. querelam et.c.si egrotans.iij.q.v.et Phi.Francus.in. c. fi.de procur.in.vi.et est opinio glo.in. c. ex parte de appell. que communiter approbatur ibi. Et præterea cum aduocati serenissimæ reginæ coram. S. V. in disputatione habita super. xvi. conclusione, aperta uoce confessi sunt esse causam grauem merito. &c. 5

Iustificata conclusione rationibus et iuribus supradictis nũc remouenda sunt quæ prima fronte uidentur obstare.

Et pri-

Et primo non obſtat argumentatio, quam facit Innocentius.iij.in. c. inter corporalia de tranſlatione præla. de parificatione inter matrimonium carnale et ſpirituale: quia ſciendum eſt, quod Innocentius ibidem affirmatiue arguit de matrimonio carnali tanq̃ minore et inferiore ac minus digno ad matrimonium ſpirituale quod eſt maius dignum, et potentius, ut inquit Inno.ibidem, & dicta argumentatio bene ualet de iure. ut uerbi gratia. Deus in matrimonio carnali quod eſt minus et inferius reſeruauit sibi facultatẽ illud diſſoluendi.ergo multo fortius in matrimonio ſpirituali, quod eſt dignius ac potentius.notatur in.c. cum in cunctis de elec.et in cle.pri. de reliquijs et uene.ſanc.l.in ſuis. ff. de lib.et poſth. et in regula iuris, cui licet in.vi. At applicare dictam argumentationẽ ad cauſam de qua agitur, eſt arguere affirmatiue de maiori et fortiori ad minus & inferius, quæ quidem argumentatio eſt falſa, ut not.in locis præallegatis. Si enim conditores canonum moti peculiari ratione uoluerunt in priuilegium matrimonij ſpiritualis ſpecialiter ordinare, quod etiam detentus iuſto impedimento cogitur conſtituere procuratorem, ualde iniuſtum eſt extendere dictam ordinationem conceſſam matrimonio

trimonio ſpirituali tanq̃ maiori et digniori ad matrimonium carnale, quod eſt minus & inferius. præſertim cum longe ſit diuerſa ratio (ut infra dicetur) inter unum & reliquum. c. ij. de filijs presby. in. vi. regula iuris in argumentum & regula quæ a iure com. li. vi. l. quod uero. & .l. ius ſingulare. ff. de legibus. c. ſane de priuileg. et. c. quod dilectio de conſang. et affi.

Secundo non obſtat ſi dicatur iura limitatoria et deuiantia a regulis iuris communis, cuiuſmodi eſt diſpoſitio dicti. c. cum dilecti, poſſunt extendi ex idemptitate rationis, iuxta textum, & ibi Abb. & moder. in. c. cum dilecta de confirma. utili. c. poſt tranſlationem. §. rurſus de renũ. Abb. in. c. ad audientiam de clericis non reſiden. Bar. & alij. in. l. ſi conſtante & ibi glo. ff. ſo. ma. Quia reſpondetur quod in præſenti contingentia facti non eſt probata idemtitas rationis. l. ſi uero. §. de uiro. ff. ſo. ma. c. non ſolum. c. conſtitutionem de regul. li. vi. regula iuris, quæ a iure communi ſingulariter Saly. in. l. ſi ſerui ueſtri col. vi. ℭ. de nox. et Alex. in dicta. l. ſi conſtante pri. reſpon. col. iij. immo apertiſsime probatur ratio diuerſitatis inter cauſam electionis exceptam in dicto. c. cum dilecti, et cauſam matrimonij carnalis, de qua agi-

tur : nam in dicto.c.querelam,ponitur pro regula per Alexãdrum tertium quod in grauibus cauſis detentus iuſto impedimento non cogitur conſtituere procuratorem,quam regulam Inno.iij.limitauit in cauſa electionis, prout perpendit Innocentius.iiij.in dicto.c. querelam cuius intellectus communiter recipitur, & a ſchola Canoniſtarum approbatur in dicto. c. cum dilecti, & in dicto. c. ſi egrotans, etſimiliter a ſchola legiſtarum in. l. ij. §. Si quis in iudicio. ff. ſi quis cau. l. queſitum. ff. de re iud. l. pri. ff. de diuer. & tempo. præſcrip. C. l. pri. C. de reſtitutione mili. ratio autem ipſius limitationis & ſpecialitatis in cauſa electionis eſt fundata (ut doctores aperte dicunt in locis præallegatis) ſuper publica utilitate & peremptionem iuris eccleſiæ in ſpiritualibus & temporalibus, uidelicet ne propter defectum paſtoris gregem dominicum lupus rapax inuadat, et eccleſia in temporalibus & ſpiritualibus patiatur leſionem: quorum conſeruatio & ſalus concernit publicam utilitatem. c. ius publicum pri. diſ. glo.i. ff. de iuſti. et iure. Bar. in. l. pri. ff. ſo. matrimonio col.iiij.uer.tu uero.domi. in. c. cupientes in principio de elec. li. vi. Hoſtien. Io. And. & alij in.

c.oblate

c. oblate de appell. & in dicto. c. cum dilecti. & notatur in.c.ne pro defectu et.c.bone el.i.de elec. et calde.consi.298. Car.flo.in cle.causã. §. uerum de elec. in.iii. et in.iiii. col.

In proposita autem causa non de publica, sed de priuata utilitate agitur, ut notatur in.l. prifff so. ma. & in. l. assiduis. ℭ. qui potiores in pignore hab. nec inducitur peremptio iuris reginæ, mala igitur hic est argumentatio de publica ad priuatam utilitatem. c. bone de post. præla. l. pri.in fi. ℭ.de cadu.toll.l.pri.et ibi Bar.in col.iiij. .ℭ.de primipil.l.x.

Præterea ex alio capite patet diuersitas inter causam electionis & causam matrimonij carnalis: quia in causa electionis, dum ecclesia est sui pastoris solatio, & cura destituta, non formidatur perditio unius aut duarum animarum, sed plurimarum: ut patet in dicto. c. ne pro defectu, Sed in causa matrimonij carnalis si aliquo pacto periculum animarum immineat, illud non pluribus sed uni uel duobus ad summum imminere uidetur. porro magna est differentia utrum unius uel duarum, an uero plurimarũ animarũ perditio timeatur, nam tollerabilius est unum uel duos potius q̃ plurimos perire.

et alibi dicitur, quod ſeueritati detrahitur, ubi de multorum ſtrage agitur, non autem quando agitur de perditione unius aut duorum. c. ut conſtitueret. l. diſ. not. in. c. lator de cle. exco. miniſtrante. c. ſane de temporibus ordi. l. aut facta. §. fi. de pe. Cum igitur diſpoſitio dicti. c. cum dilecti innititur maxime equitati fundatæ uidelicet ſup utilitate publ. et augmento cultus diuini, qui uertitur in conſeruatione bonorum eccleſiæ. c. cum ſecundum apoſtolum de preb. et Io. And. in. c. ij. ut lite penden. quem ſequitur Abb. et moder. in. c. propoſuiſti col. pe. de. prob. dicat quod caſus que innititur equitati, deuians a regulis iuris, non extenditur ex idemtitate rationis, merito dictum. c. cum dilecti non extenditur ad cauſam noſtram.

Præterea finis matrimonij ſpiritualis eſt conſeruare animas, ut not. in. c. tue deſponſ. quæ quidem anima eſt cunctis rebus preponenda. c. precipimus. xij. q. pri. l. fi. ℭ. de ſacro. eccle. finis uero matrimonij carnalis eſt euitare fornicationem, ut notat in dicto. c. tue et in rubrica de ſponſ. per mod. et eſt textus in. c. his ita alias ſicut. xxxij. q. ij. licet igitur Inno. iij. conſiderans (quod alij etiã pontifices conſiderarunt) maius et grauius periculũ imminere in cauſa electionis, tum reſpectu

ſalutis

ſalutis animarum, tunc reſpectu bonorum. q̃ imminere periculum fornicationis in cauſa matrimonij carnalis, ordinauerit quod in cauſa electionis detentus iuſto impedimẽto cogitur (contra regulas iuris comunis) conſtituere procuratorem: tamen durum eſt nec aliquo pacto rationi aut legibus conueniens, q, dicta eius diſpoſitio loquens in cauſa electionis ſpecialiter, extendatur ad cauſam matrimonij carnalis.

Vlterius, reſpectu iuſte abſentiæ in iudicialibus longa eſt differẽtia et diuerſitas inter iſta duo matrimonia, ſpirituale ſcilicet et carnale, ut apparet ex.c.quoniam frequenter.§.ſi uero.abſens, et.§. ſi autem.ut lite non conteſ. Nam, ut apparet ibidem, in matrimonio carnali maritus abſens ſiue uera et iuſta abſentia, ſiue preſumptiua, non tenetur mittere procuratorem, nec per ſe uenire, ſed exſpectandus eſt, licet ſecus ſit in matrimonio ſpirituali.ut ibi.liquet, igiſ ex illo textu q, Inno. iij.author tam dicti textus q̃ dicti capituli Cum dilecti, poſuit magnum diſcrimen in iudicialibus, in quibus nos ſumus, inter cauſam electionis & cauſam matrimonij carnalis.in qua quidem cauſa matrimonij carnalis ad effectum, ut recte procedatur contra abſentem, requiruntur duo copula-

tiue uidelicet timor fornicationis, & culpa abſentis ſecundum Hoſty. quem ſequitur Abb. & communiter cano. in dicto. §. Si autem. poſt glo. fi. Cū autem iſta duo non poſſunt currere in caſu quo abſens eſt detētus iuſto impedimēto, merito. &c.

Confirmantur præmiſſa. poſt q̄ enim uxor ſpiritualis eſt deſtituta marito ſpirituali, ne ipſa pateretur in temporalibus leſionem, et lupus rapax inuadat gregē dominicū, Inno. iij. in concilio generali ſtatuit, q̄ eccleſia cathedralis uel regularis intra tres menſes, et eccl'ia uel dignitas aut prelatura inferior infra ſex mēſes debeat iterū nubere. Et tamen ſi uxor carnalis ſit deſtituta marito carnali, neq; decreta sāctorū patrū, neq; concilia, neq; ſummi pontifices, aut leges mūdanæ ſtatuerūt terminū infra quē ſecundo debet nubere. Immo dixit apoſtolus, ut refert Inno. iij. in. c. fi. de. ſecun. nup. Cum uxor erit deſtituta ſolatio uiri & eius lege ſoluta, pro arbitrio uoluntatis nubat in domino, non prefigendo terminum, nec nubēdi neceſsitatem imponendo. Et ſic patet ſummos patres non ita dubitaſſe de incurſu fornicationis in matrimonio carnali, prout dubitarunt de interitu animarum et leſione bonorū eccleſiæ in matrimonio ſpirituali. Ideoq; primo caſu Innoc. iij. relaxauit

auit regulam iuris. Secundo autem casu non relaxauit, tanq̃ inter unum & reliquum casum sit longa ratio diuersitatis, ut patet ex prædictis.

Tertio non obstat ampliatio Hostien. Inno. Io. And. et moder. in. c. oblate de appel. qui textum illum loquentem in causa electionis ampliant & extendunt ad causam matrimonialem, quasi sentiant, quod bona est illatio & argumentatio de uno ad aliud, quia respondetur, quod dicta parificatio et ampliatio habet locum quo ad terminos dicti textus, scilicet ad coarctandum terminum iuris, quod non est multum preiudiciale nota. in. l. quotiens. C. de precibus imper. offe. c. si propter de rescrip. in. vi. c. si tibi de preben. eodem li. non autem locum habet, quo ad tollendum exceptionem loci non tuti, quam graue esset auferre parti: & ipsi pontifices certe auferre non consueuerunt. c. ex parte el. ij. de officio deleg. Auferrent autẽ si dicta parificatio simpliciter procederet, contra tex. in. c. q̃uis de rescriptis in. vi. c. ex pte el. ij. et. c. sup eo de officio deleg. c. licet de officio ord. et. c. ex tuarũ de autoritate & usu pal. preterea tollerẽt iuris beneficiũ ptibus concessũ, ut per se præsertim in grauibus possint litigare, 3

uel si uelint per procuratorem Bar. in. l. idemq;. ff. pro socio. l. fin. C. de procur. c. pe. de iura. cal. l. prima. §. usus. ff. de procur. l. presenti. C. de hijs qui ad eccle. con. l. sed si unus. §. si Iulianus. ff. de iniurijs. contra regulam iuris, indultum, et regulam decet de reg. iuris li. vi. et contra. c. ab eo de electione eodem libro. & contra. l. post mortem. §. fi. ff. de bonorum poss. contra Tab.

Et quod parificatio facta in dict. c. oblate non intelligatur generaliter, sed quo ad terminos illius cap. ineuitabiliter ostenditur. Certum est q, Hostien. et Io. An. in dict. c. oblate. quos alij mod. saquuntur, quo ad terminos dicti. c. oblate, equiparant causam electionis, causam matrimonij carnalis, et causam beneficialem. Iam si parificatio predicta deberet generaliter intelligi, tunc sequeretur generaliter, quod sicut in causa electionis detentus iusto impedimento cogitur constituere procuratorem, ut in dicto. c. dilecti, sic etiam cogendus est constituere in causa matrimonij carnalis. Sic etiam in omni causa beneficiali, sed consequens est falsum per tex. & ibi omnes doct. in dicto. c. querelam, ergo. &c.

Præmissa confirmantur, quia dum Alex. iij. in dicto. c. querelam dicit, quod in grauibus detentus iusto

tus iusto impedimento non cogitur constituere procuratorem, doctores communiter ibidem exponunt, grauibus scilicet in causa matrimoniali, in causa prouisionis ecclesiarum, uel ubi uertitur periculum animæ. In prædictis igitur causis detentus iusto impedimento non cogitur constituere procuratorem, et sic dicta duo matrimonia scilicet carnale et spirituale quo ad hoc, ut quis cogatur constituere procuratorem, non equiperantur, in quantum ergo Host. Io. And. et alij in dict. c. oblate parificauerunt dicta duo matrimonia, sunt sane intelligendi uidelicet ut parificatio procedat quo ad terminos dicti. c. oblate, non autem quo ad terminos dicti. c. cũ dilecti. cũ quo ad illũ casum posuerunt dicta matrimonia ut differentia, et diuersa in dicto. c. querelam.

Nec obstat si dicatur, Innocentius tertius parificauit ista duo matrimonia in preallegato. c. inter corporalia. Et postea idem Innocentius (secundum Innocentium quartum) in causa matrimonij spiritualis statuit, quod iusto impedimento detentus cogitur constituere procuratorem, ergo ita censetur statuisse in causa matrimonij carnalis p regulam, Quando duo casus a iure equiparantur, lex noua superueniens, & aliquid in

uno disponens, censetur idem disponere in reliquo ex parificatis, secundum glo. in. c. si postq̃ de elect. in. vi. c. de multa, & ibi Abb. de prebend. l. quod contra rationem, & ibi Bal. ff. de leg. Bar. in. l. si quis seruo. C. de fur. l. non tantum. ff. de seruo cor. Quia respondetur, quod dicta regula procedit, quando est identitas rationis inter casum qui extenditur & casum, ad quem fit extencio: alias si non concludit identitas rationis, impossibile est quod concludat identitas dispositionis. c. acutius cũ secu. xxvi. dis. Are. in. l. ex facto in. vi. nota. ff. de uulg. & pup. Iason in. l. creditori col. fin. ff. de no. ope. nunc. Nam ex diuersis non fit illatio. l. Papinianus exuli. ff. de minor. dicto. c. inter corporalia. l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de uerbo ob. l. fin. ff. de calum. doct. post Bar. in. l. si constante. ff. So. ma. & in. l. ubi. C. de iure do. & in. c. cum dilecta de confir. utili. & doct. in. l. prima. ff. de reg. iur. Cum autem, ut supra ostensum est, longa ratio diuersitatis est inter ista duo matrimonia spirituale & carnale presertim in iudicialibus merito. &c.

Alio etiam modo respondetur ad dictam regulã, ut procedat quando duo casus parificantur a iure

per

per uiam regulæ, non autem per uiam caſualitatis. ita Bar. in auten. Sed cum teſtator. ℭ. ad leg. fal. in.l. Marcellus. §. primo. ff. ad Treb. l. ij. ff. de leg. primo Are. in dicta. l. ex facto. in. vi. nota. et Iaſon ut ſupra. ac Decius in. l. factū. §. in penalibus. ff. de reg. iuris. qui allegat Ang. de aretio inſtitut. de iure naturali col. xiij. uerſiculo. iij. Cum autem iſta duo matrimonia non per uiam regulæ, ſed per uiam caſualitatis equiperantur, et in pluribus etiam differant q̃ conueniant, ut patet ex notatis per Ioan. Andr. & alios in. c. tue de ſponſ. & per. ℭ. Ar. Floren. in Clemen. i. de re nun. merito parificatio non cenſetur facta per uiam regulæ. l. ſuus quoque uerſiculo, & generaliter. ff. de heredibus inſtituendis. l. queritur. ff. de ſtatu. ho.

Tertio reſpondetur ad dictam regulam, ut procedat duobus concurrentibus ſecundum Mathe. in tractatu extenſ. col. ij. &. iij. primum eſt, quod parificatio, quæ fit per legem ueterem, fiat in omnibus & per omnia. Secundum eſt, quod fiat parificatio in illa materia, in qua lex noua ſuperuenit alias ſecus ſecundum glo. in. c. primo ne clerici uel monachi li. vi. in uerbo declaramus. et. glo. ĩ. c. licet canon. de ele. 3

eodem

eodem libro Ang. de aretio in. §. ius ciuile col. xij. uersiculo tertio insti. de iure naturali. Alex late et preclare in concilio. 207. incipen. ponderatis uerbis col. fin. li. vi. Cum autẽ in casu de quo agitur neutrum euenit, quia neq; fit parificatio per ueterem legem in omnibus & per omnia in istis matrimonijs, immo plures dantur in instantie q̃ concordãtie: & preterea cum parificatio dictorum matrimoniorũ non fiat in iudicialibus, in quibus nos sumus, immo in iudicialibus multum differunt, ut apparet in dicto. c. quoniam. §. Si uero absens, ut lite non contestat. merito. &c. et præscripta responsio comprobatur per textum in. l. fin. iuncta autentica, Quas actiones. C. de sacro eccle.

4 Quarto etiam potest responderi, q̃ quando tractatur de extendendo unum ad aliud uirtute regulæ equiparationis, tunc tollitur consequentia, data instantia, Ita Aretinus & Iason ubi supra. Sed (ut superius est ustensum) innumerabiles instãtie dantur inter unum casum et reliquum, ut not. Io. And. et alij. in dicto. c. tue. & Eloren. ubi supra ergo. &c.

Sequens conclusio. xiiij. in ordine, tenoris est subsequentis. Nec illatio communis ex dicto intellectu

tellectu de iurē causam de qua agit comprehendit secundum communem opi.

Pater sancte, materiam et occasionem dißerẽdi istam conclusionem prebuit nobis quedam illatio facta p Abb. et modernos in dicto. c. cũ dilecti ex predicto intellectu Inno. iiij. Nam cũ Abbas ampliando intellectum Innocentij ibidem inferat ad unũ casum generalem, q; ubicumq; causa exigit celeritatem, impeditus tenetur constituere procuratorem. arg. legis prime. ff. de damno infecto. et argu. eorũ quæ not. Bar. in. l. iiij. §. pretor ait eo. titulo. pars sereniss. reginæ dictam illationem generalem contra inuictißimũ regem allegat, et dicit q; cũ ista causa requirit celeritatem debet dictus inuictißimus rex iuxta dictã illationem cogi constituere ꝓcuratorem licet fuerit iusto impedimento detentus, ad quod remouendum posita est conclusio supradicta.

Quæ quidem conclusio iustificatur ex decretalibus legibus & rationibus supra in precedenti conclusione allegatis, et nihilominus potest confirmari rationibus infrascriptis & primo sic: Illatio communis doctorũ debet intelligi secundũ leges quas allegant. Bar. in. l. non solum. §. liberationis uerbo. ff. de lib. leg. et nouella in. c. nũtius

de testi

de teſtibus, Sed leges quas doctores allegant p̃ dicta communi illatione loquuntur in caſibus, in quibus requiriť tanta celeritas, q̃ niſi p̃uideret, periret ius p̃tis, ut uerbi gratia, in dicto.c. cũ dilecti, requiriť tanta celeritas, q̃ niſi cũ omni feſtinatione p̃uideretur, perirent multorum animæ, ac eccleſia pateretur grauem leſionem in ſpiritualibus et temporalibus, et ſimiliter in cauſa damni infecti requiritur tanta celeritas, q̃ niſi prouideretur, domus ſuſtineret ruinam, igitur in talibus caſibus intelligitur dicta illatio, in quibus caſibus ualde æquum eſt propter celeritatem, impeditum cogi conſtituere p̃curatorem, ne periret ius petentis ſiue agere uolentis ſine aliquo facto ſuo. cum igitur cauſa matrimonialis non requirat tantam celeritatem, nec periret ius reginæ per non miſsionem procuratoris ad curiam ex p̃te regiæ maieſtatis, merito dicta generalis illatio non comprehendit cauſam matrimonialem.

2 Secundo communis opinio doctorum eſt et uera, q̃ in cauſa matrimoniali tanq̃ cauſa graui, impeditus p̃ ſe uenire non teneť mittere p̃curatorem, ut p̃ Hoſt. quem ſequiť Abb. ac communiter cano. in. c. querelã de p̃cura. Phi. in. c. fi. de p̃cur. in. vi. glo. pri. communiter approbata in. c. ex p̃te

el. pri.

el. pri. de appell. tex. iuncta glo. in uerbo etiam locus in. c. ſiue. xxxiij. q. ij. a qua quidem com. opinione in iudicando non eſt recedendū. ut not. in. c. prudentiā de officio et po. iud. del. Sed ſimul non ſtant, quod premiſſa ſint uera, et quod dicta illatio communis comprehendat cauſam de qua agitur: merito. &c. 3

Tertio ī cauſa matrimoniali non poteſt fieri p̄ceſſus contra abſentem, niſi duobus concurrentibus uidelicet culpa citati abſentis et timor fornicationis. tex. in. c. quoniam. §. porro in fi. & ibi Hoſtien. quem ſequit Abb. poſt. glo. fi. adeo q̄ deficiente altero ex iſtis non poteſt procedi contra abſentem. In cauſa autem qua uerſamur non eſt culpa ſere. regis, quia probabiliter & neceſſario abeſt, nec ſubeſt timor fornicationis in ipſo ſereniſſimo rege aut regina, perſonis tam integris & modeſtis ac egregijs, ut ſalutis immemores non preſumantur. l. fi. C. ad. l. iulian. rep. c. eſtote de regulis iur. immo ex bonitate uitæ preteritæ preſumitur etiam in futurum. c. ex ſtudijs de preſump. l. non omnes. §. a barbaris. ff. de re militā. ergo proceſſus fieri non poteſt, Sed ſi dicta illatio communis comprehenderet cauſam de qua agitur, fieret proceſſus, merito. &c.

Non

Non obstat dicta communis illatio Abb. & modernorum, quia respondetur, q̃ cũ eadem debet esse ratio casus extensi et illius, ad quem fit extensio iuxta not. Bar. et aliorum in. l. si constante in. ix. q. principali. ff. So. matrimonio, et ĩ. l. ubi. C. de iure do. c. cũ dilecta ubi. Abb. et mod. de con. utili. c. post. translationem. §. uerũ de renun. Ang. de aretio in. §. ius autem ciuilę institut. de iure naturali. l. pri. §. hoc interdictum. ff. de fonte. l. illud. C. de sacro. eccle. dicta communis illatio est intelligenda (ut supra apparet) de casibus habentibus eandem rationem, quã habebat casus, a quo fit illatio, et hoc clare constat ex uerbis et mente Abb. et seq. qui reprobat Cal. qui uidebatur innuere, intellectum Inn. ad. c. cum dilecti habere locũ in causa beneficiali, cuius intellectũ dictus Abb. restringit ad beneficia uacantia, quia in non uacantibus non habet locum ratio intellectus Inno. ideo in illis impeditus non cogit̃ constituere procuratorem, ut in dicto. c. querelam de procur. est casus. unde cessante ratione intellectus Inno. cessat eius intellectus. c. cum cessante de appell. l. adigere. §. q̃is. ff. de iure pat. Nam ex diuersis casibus separatam rationem habentibus non debet fieri illatio. l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de uerbo.

uerbo ob.l.fi.ff.de calum.l.ſi maritus. C. de dona. inter uirum et uxorem. Cum autem in precedenti concluſione luce meridiana clarius ſit oſtenſum, q̃ alia eſt ratio in matrimonio ſpirituali q̃ in matrimonio carnali, et alia etiam ratio in caſibus requirentibus maximam celeritatem q̃ in requerentibus minorem, merito. &c.

Non obſtat, q̃ cauſa matrimonialis requirit celeritatem, quia reſpondetur, q̃ licet requirat celeritatem non tamen ſpecialem & priuilegiatã, nec tantam ut ius cogat iuſte impeditum mittere procuratorem, magis q̃ in cauſa beneficiali, quæ requirit celeritatem. et præterea ſi celeritas eſſet habenda in conſideratione, potius conſideraretur ex parte illuſtriſſ. regis, qui de uiribus coniugij dubitat, cuiusq; conſcientia & animus diſcreta credulitate pulſatur, q̃ ex parte reginæ quæ dicit ſe non habere conſcientiã leſam, ex eo quod ſtat in matrimonio, pro quo facit textus in.c. inquiſitioni. de. ſen. excom.

Nec obſtat doctrina Bar. in.l.ij.§. Si quis in iudicio. ff. ſi quis cau. ubi uoluit, q̃ ĩ cauſis, quæ poſſũt tractari tpe feriato, impeditus iuſto impedimẽto tenetur mittere ꝓcuratorẽ. nec cle. diſpẽdioſam, et ſepe ubi habetur q̃ cauſa matrimonialis poteſt

tractari tẽpore feriato, quia respondet, q̃ doctri
na Bar. intelligit de causis requirentibus celerita
tem talem, q̃ nisi impeditus cogeret mittere ꝓcu
ratorem ꝓpter dilationem uel lapsum temporis,
periret uel ius publicũ ut in di. c. cũ dilecti, uel pri
uatũ alterius ꝑtis, ut in casibus ad quos se refert
Bar. in. l. i. ij. et. iij. ff. de fer. intelligẽdo Bar. secũdũ
leges quas allegat. ꝑ nota. ꝑ ipsum in. l. non solum
. §. liberationis uerbo. ff. de libe. leg. & nouella in.
c. nũcius de testi. Et in illis nimirũ si impeditus co
gitur mittere ꝓcuratorem, propter regulam quæ
dictat, quod ubi periret ius partis petentis, nisi
impeditus mitteret procuratorem, impeditus in
eo casu tenetur mittere procuratorem glo. in
uerbo responsalem ĩ dicto. c. cũ dilecti. ac scriben.
communiter ibidẽ. Sed in casu nostro nec ex lap-
su temporis, nec ex dilatione perit ius ilustriss.
reginæ, ut superius plene est monstratũ in. viij.
conclu. merito. &c. presertim cum inducta ob ne-
cessitatem in casibus de quibus loquitur Bar. in
dicta. l. ij. §. Si quis. ff. Si quis cau. non sunt trahen
da extra terminos necessitatis. c. deus qui de uita
et ho. cleri. l. prima. ¶. de pa. qui fi. distrax. l. prima
de officio consu. c. ij. de obser. ieiuniorũ regula iu-
ris, quod non est licitum. de reg. iuris.

Secundo

Secundo poteſt reſponderi, quod in caſibus allegatis per Bar. plura concurrunt, primum tractatur in eis de interitu iuris priuati uel publici, ſecundum, proceditur in eis officio iudicis nobili. Tertium proceditur in illis caſibus etiam tempore ſolenniſſimarum feriarum. et quartum in dictis caſibus non appellatur ſecundum Bar. in. l. fi. ff. de appel. recip. nimirum igitur ſi impeditus teneatur in dictis caſibus tantum priuilegiatis mittere procuratorem. At in cauſa de qua agitur iſta omnia ceſſant, primum hic non inducitur interitus uel peremptio iuris reginæ, ut ſupra clariſſime eſt monſtratum. Secundum cauſe matrimoniales non officio iudicis nobili, ſed conditione canonis & iure actionis expediuntur. Tertium in ſolenniſſimis ferijs non proceditur in eis ut nota. in dict. cle. ſepe. et diſpendioſam. et quartum, beneficium appellationis non tollitur nec ſentẽtiæ late in illis tranſeunt in rem iudicatam. c. tenor. c. lator. & c. conſanguinei de re iud. merito. &c.

Nec obſtat etiã ſi quis diceret, Exempla de quibus in legibus allegatis per Bar. non debent arctare regulã, iuxta .l. i. §. quod uulgo. ff. de. vi. & .vi. ar. c. primo, Ne clerici uel monachi. Quia reſpondetur uerũ eſſe, quod exempla non

arctant regulam, bene tamen declarant regulam, ut ea non extendatur ad casus dissimiles express. et habentes rationem dissimilem. l. fi. §. cui dulcia .ff. de uino. tritico. et. c. qui ad agẽdum de procur. c. non potest eodẽ titulo in cle. c. sedes de rescrip. causa autem de qua agitur est longe diuersa in ratione a casibus expressis in dictis legibus, merito. &c.

Conclusio. xxi. in ordine est tenoris subsequentis. Assertum iuramentum perhorrescentiæ de iure non impedit, quominus materiæ excusatoriæ admitti debeant secundum communem op.

Circa istam conclusionem Pater. S. considerandum est, quod iuramentum perhorrescentie, de quo in conclusione et in. c. statutum. §. cum uero de rescrip. in. vi. dicitur subsidiarium, ad quod non deuenitur nisi in defectum aliarum probationum, ut no. Io. And. in glo. super uerbo saltem. in dict. c. statutum. et idem Arch. Gemi. et mod. ibidem. l. admonendi. ff. de iure iur. c. fi. de iureiurando. l. in bonefidei eodem titulo. Ꞓ. c. ex insinuatione de procur. c. ij. de prob. Et cum deuiet a regulis iuris communis non est extendendum ultra casum expressum. l. ius singulare et. l. quod non. ff. de leg. l. si uiro. §. de uiro. ff. So. ma. c. quæ a iure &. c. in argumen-

argumentum de reg.iu.in. vi. c. non ſolum &.c. conſtitutionem de regular.eod.li.nec preiudicat, quando contrarium probatur, nec in alijs caſibus q̃ in expreſsis iure.ut inferius declarabitur.

Hoc preſuppoſito, Aut ſereniſsimæ regine iuramentum eſt particulare, uidelicet quod ob potentiam illuſtriſſ.regis non poteſt conſequi iuſtitiam in regno Angliæ, et tũc licet ipſum iuramentum in rei ueritate eſt falſum, quia reuera hactenus conſecuta eſt iuſtitiam in dicto regno, & pleniſſime conſequi poterit in futuro. adhuc tamen non impedit quominus materiæ excuſatoriæ debeant admitti, et cauſa in loco tuto idoneo & ſecuro utriq; parti committi.ut in.c.ſtatutum. §. cũ uero de reſcrip.in.vi. Aut uero iuramentum dictæ ſereniſsimæ reginæ eſt generale et infinitum, uidelicet q, nec in regno Angliæ, nec etiam in alijs locis principibus et regibus alijs ſubiectis niſi in curia romana ſperat ſe poſſe conſequi iuſtitiam, et tunc quia tale iuramentum eſt contra textum in dicto.c.ſtatutum, et a iure nullibi approbatur, immo reprobatur: tum quia ius tantum permittit illud preſtari, quando quis perhorreſcit potentiam aduerſarij in ſua dioceſi, non autem quando perhorreſcit in alienis regnis, locis, & ciuitatibus: tum

bus : tum etiam quia quũ prestatur respectu alio rum regnorum locorum, et ciuitatum, ipsum iura mentum cum se extendat in infinitum, non est ueri simile. c. licet dilectus de test. Ro. et Alex. in. l. que bona. §. hanc stipulationem et ibi Bal. ff. de damno infect. & talis iurans non debeat audiri per tex. & ibi Bald. C. qui, & aduersus quos Ia son in. l. si extraneus col. prima uer. alibi not. ff. de condi. causa data Abb. ĩ. c. non est de presump. glo. in uerbo merito. in. c. statutũ. §. cum uero de rescrip. in. vi. quia non presumitur a iure q, quis timeat potentiam aduersarij in alienis regnis, locis, uel ciuitatibus. Præterea dictum iuramen tum non impedit admissionem predictarum ma teriarum, quæ sint excusatoriæ. Præsertim cum ipsum iuramentum (ut predictum est) subsidia rium sit et priuilegiatum in certis casibus dum taxat, de quorum numero iste non est unus, me rito. &c.

2 Secundo facit, quia licet perhorrescentia re spectu proprie dioc. probatur iuramento, tamen respectu aliorum locorũ, non iuramento, sed alijs efficacibus probacionibus debet probari. ut not. in. c. ex parte de appel. c. accedens ut lite non con test. c. uenerabilibus. §. Secus de sen. exco. in. vi. c.

accepimus

accepimus de fide instru.c. cum dilecta.de confir. utili.c. hortamur.ix.q.iij.c. siue.xxxiij.q.ij. Cum autem probaciones efficaces ex parte serenissimæ reginæ non sunt factæ sed nudū tantummodo iuramentum, quod re integra prestandū certe non fuit, et prestitū est inutile & insufficiens respectu locorum predictorum, ut superius est ostensum. merito. &c.

Tertio facit. Si tale iuramentum generale admitteretur, & per eius admißionem excluderentur materiæ excusatoriæ, esset aperta uia & manifesta malicijs, et sequeretur maxima absurditas. contra. c. plerumq; &. c. sedes de rescrip. &. c. quanto de diuortijs. &. c. tue de procurato. &. l. in fundo. ff. de rei uend. Nam desiderans conuenire aduersarium in aliquo loco, de facili posset iurare omnia loca sibi suspecta, præter unum locum, qui uere esset suspectus aduersario, iam si tale iuramentum ualeret irrefragabiliter, esset in potestate partis auferre exceptionem loci non tuti, & defensiones partis aduerse, contra omnia iura, & in specie contra. c. ex parte el. ij. de officio deleg. contra regulam iuris indultum. de reg. iuris. c. ij. de constitutionibus. c. ab eo de elec. in. vi. l. fin. ff. 3

de pac.l.id quod.ff.de reg.in.l.post mortem.§.fin. ff.de bo.poss.contra Tab. Et præterea esset iam uia aperta impetranti et iuranti, per quam posset auferre reo conuento beneficium per se litigandi in loco tuto contra.l.fin.C. de procur. contra. c. pen.et ultimum de iuramento.calum. et contra.l. primam.§.usus. ff. de procurat.

4 Quarto facit.quia fundatum super iure speciali non derogat iuri communi,nisi quatenus reperiat expreßũ.l.quod constitutũ.ff.de mili.tes. l. si uero .§.de uiro.ff.So.matrimonio bal.in.l.prima.C.de interdictis.iuramẽtum autem perhorrescentie (si cut omne iuramentum, quod in defectum probationis prestatur) est fundatum super iure speciali, et priuilegiatiuo contra regulam. l. in omnibus et.l.nullus.C. de testi.ut ple. Iason in.l.admonendi uer.iij.col.iij.ff. de iureiuran.p textum in. l. fin.C.de fidei commiss.expressum autem non reperitur, quod uirtute iuramenti perhorrescentie posset iurans obtinere suum aduersarium cogi ad litigandum in loco sibi non tuto, contra ius commune, de quo ĩ.c.ex parte de appella.et in.c.querelam de procurator.et.l.Paulus de procura.ff. l. si suspecta.ff.de inoffic.test.et.c.ij.iuncta glo.fin. de procura.in.vi.merito.&c.

Quinto

Quinto facit iuramento perhorreſcẽtiæ cum ſit probatio ſubſidiaria ac delata in defectum alterius probationis, prout dicit glo. in dicto. c. ſtatutum. §. cum uero in uerbo ſaltem, non eſt ſtandum contra notorium textus in leg. admonendi ſecundum primam lect. communiter approbat. & ibi Bar. ff. de iureiur. et in. c. ueritate. viij. dis. et. c. de manifeſta. ij. q. prima notorium eſt autem uniuerſo orbi, loca eſſe infinita præter curiã, in quibus nulla ſubeſt cauſa, quare ſereniſſima regina perhorreſceret, merito. &c. 5

Sexto. iuramentum perhorreſcentie non obſtat, quando probatio contrarij ipſius iuramenti offertur, immo eo probato irritum eſt omnino perhorreſcentie iuramentum. textus in. l. admonendi prealleg. Io. And. Domi. et Phi. in dicto. c. ſtatutum. §. cum uero. Bal. in. l. ſi legatarius. ff. de dolo. domini de rota deciſione. 45. in collec. bella. & Cald. in dicto. §. cum uero. Cum autem in caſu noſtro offertur ꝓbatio contrarij iuramenti perhorreſcentiæ, idq; non extraordinarijs probationibus, ſed ordinarijs et fauorabilibus, merito &c. 6

Septimo facit q̃ ſicut habens litem cum epiſcopo non admittitur ad iurandum omnia loca ſuſpecta, nec poſſunt trahere cauſam uirtute iura- 7

menti perhorreſcentiæ ultra unam dietam extra dioceſim. dicto. c. ſtatutum. §. cum uero ſic ſimiliter habens litem, cum rege non eſt admittendus ad iurandum, cum diſpoſitio. dicti. c. ſtatutum, & .c. nonnulli de reſcrip. eodem modo uendicat ſibi locum in regibus ſicut in epiſcopis et alijs, de quibus ĩ dicto. c. ſtatutũ ſecundũ Hoſty. & alios communiter in dicto. c. nonnulli, regina igiſ ex ui iuramenti ꝓhorreſcẽtiæ non poteſt allegare oĩa loca eſſe ſuſpecta præter curiã, et eo pacto trahere regẽ ultra multas deitas ad locũ preſertim non tutũ.

Pater Sancte ſexta concluſio in ordine eſt talis deciſ. Bar. et ſeq. in. §. Ad crimen in uer. quædam ſunt excuſationes ꝓbabiles. l. Accuſatore de pub. iud. non obſtat quominus conſideratis materijs, admittendus ſit excuſator regius ſecundum com. opi. et non ambigimus, quin. S. V. manifeſte intelligat ueritatem ipſius præſertim ex late deductis ſuꝑ tertia quarta, octaua et nona concluſionibus, in quibus tam diſputãdo q̃ ſcribendo oſtendimus clariſſimis & ineuitabilibus fundamentis ex materijs excuſatorijs elici et nitide deprehẽdi impedimentũ ꝓbabile iuſtum & neceſſarium ex duplici capite, et ſic materias noſtras eſſe fundatas in. i. membro Bar. in quo concludit neceſſariũ impedi-

ĩpedimẽtũ posse absq; aliqua cautione uel mãdato p quẽ cũq; allegari, illud exẽplificãdo, ut ibi p eũ minusq; uerũ esse docuimus ex materijs nostris elici tantũ ꝓbabile ĩpedimentũ, de quo loquit Bar. ĩ. ij. mẽbro, quibus ꝓ ineuitabili claritate et ad tollendũ prorsus oẽm dubitationẽ licet multa possemus addere, tamen pauca adicere contẽti erimus.

In quantũ enim in dictis materijs dicitur regem illustrißimum ex Anglia ad loca tam remota nec per mare nec per terram alias uenire posse nisi cum maximo imminenti ac ineuitabili periculo uitæ suæ ac regiæ dignitatis corone et totius regni, factũ est, ut tali impedimento dicit impeditus quominus uenire poßit. §. Pisana. Immo dicitur impoßibilis illa citatio et est nullius momenti, ut tenet Cald. con. v. de dilationibus, Cũ ius ĩpoßibile putaret illud quod non potest fieri sine periculo et salute sui corporis, Oldr. con. xliij.

In materijs autem dicit prædictũ illustrißimũ regẽ ex Anglia ad loca tã remota uenire non posse sine ineuitabili et imminenti periculo suæ salutis ac totius regni et regnicolarum, ergo. &c.

Dicit enim Bal. in. l. Genero. in fi. ff. de his quĩ not. infa. quod non dicimus posse facere illud, cui lex uel natura aut humana ratio resistit, pro quo

dicto est

dicto est textus in.l.filius.ff.de cond.insti.sed oĩa ista resistunt regi illustrissimo, qui non potest uenire, ut supradictum est sine ineuitabili periculo uitæ regiæ dignitatis ac totius regni et regnicolarum ergo. &c. ut est textus in dicto. §. Pisana ibi, nec enim in hostium, et ibi, nec ultimo. et ibi, hæc de iure timentur. &c.

Præterea cum ut liquido patet ex materijs loca media terrestria uel maritima, per quæ precise cogitur uel cogeretur transire illustrissimus rex, si ad curiam uenire deberet, sunt Maiestati suæ insidiosa et ualde suspecta, quo casu diceret rex esse propinquus morti, et eidem imminere periculum mortis, ut habetur in.l.mortis cum seq.ff. de donat.causa mor. Immo dicitur esse in articulo mortis, ut est textus in.c.quod de his, ubi Innocen. Hosti. et alij de senten.excommu. Quibus stantibus non uideo, quis affirmaret predictum illustrissimum regem non esse impeditum necessario impedimento cum tali dicatur impeditus infirmus, ut Bar.in.l.fi.ff.de in integr.resti.et in. l. ij. §.si quis in iudicio.ff.si quis caut.et in.§.Ad crimen uer.dic ergo, et dicto.c. Si episcopus. xviij. dist.et nedum propter suam infirmitatem sed etiã suorum glo.in. c. communis. xxiij. dist. cum qua

dicto.

docto.in dicto.§. Si quis in iudicio,et.l.queſitum, et in.c. Tenor de re iudi.et in.c. Si egrotans.v. q.iij. Igitur dicendum eſt dictum illuſtriſſimum regem Angliæ eſſe impeditum impedimento iuſto et neceſſario duplici ratione, prout in materijs, quod quidem impedimẽtum non eſt tale, propter quod cogatur conſtituere procuratorem, prout ſuper octaua concluſione oſtenſum fuit, nec ex materijs reſultat impedimentum longo tempore duraturum, quod etiam ſi reſultaret, non officeret illuſtriſſimo regi, minus reſultat ꝑpetuũ. &c.

Ex predictis igitur patet minus bene dixiſſe aduocatum illuſtriſſime reginæ ſcilicet impedimẽta deducta in materijs non uerificari in primo membro Bar.ĩ dicto.§.ad crimen uer.dic ergo,et male etiam ſubiungebat Bar. dum loquitur de impedimento neceſſario intellexiſſe duntaxat de præciſo, cum ibi nullum uerbum de præciſo, bene uerum eſt q, ibi dicit,quod quædã ſunt excuſationes neceſſariæ, quæ impediũt reum uenire uelit nolit, ut puta infirmitas, uel incarceratus ab alio, uel non poteſt tranſire per iter, cum autem ut ſupra oſtendimus,& ex materijs patet: rex illuſtriſſimus eſt impeditus tali impedimento, propter quod per iter tranſire non poteſt, ergo dicendũ

eſt una

est una cũ Bar. in dicto primo membro, illustrissimum regem esse impeditum necessario impedimento.

Et quod Bar. in dicto uer. dic ergo, non intellexerit de præciso, dũ locutus fuit de necessario ultra prædicta clare patet, Bar. in l. i. ff. de diuer. & tempo pres. et in dicto. §. Si quis in iudicio, Imo. & docto. in. l. quesitum, in. c. Cum delecti ubi Abb. in. c. querelam de procura. dum ponũt istam conclusionem, quod impeditus necessario et iusto impedimento temporali non cogitur constituere procuratorem, omnes post Bar. allegant textũ ĩ dicto. §. si quis in iudicio, sed in dicto. §. ponit de locis medijs periculosis aut non tutis, er. &c. ut ibi aut presentiã uenienti periculosam fecit. Ergo tale impedimentum dicitur necessarium & iustũ, et tamen non est precisum. Præterea ibi dicitur de tempestate maritima uel terrestri, quæ impedimento sit itineri ibi tempestatemq;, quod docto. exemplificant propter niues uel pluuias, ut est tex. in. l. scire oportet. §. sufficit. ff. de excus. tuto ibi necessitas niuis uel hyemis, & tamen, ut experientia comprobat, quæ est rerũ magistra, tale impedimentum non est precisum, ut quotidie uidemus, quod datis niuibus etiam magnis uel

data

data pluuia etiã magna præsertim ꝑ arduis negocijs, homines bene ꝓuisi ꝑ pluuias et neues itinerant, eis non obstan. Considerauit enim Bar. id ꝙ Clemens. v. in dicto. §. Pisana et iurisconsul. in l. filius et Oldr. con. 43. Necessariũ esse impedimẽtũ illud, quo quis ĩpeditus lege naturæ, seu humana ratione, uel bonis moribus resistentibus uocatus ad iudiciũ, uenire non potest, cũ non dicamur posse illud, ꝙ honeste, aut natura refragãte non possumus. l. pen. de furtis. l. nepos ꝑculo. ff. de uerb. sign. Cald. con. v. de dilatio. ubi ponit de loco non tuto, Bal. in. d. l. genero. in fi. dicendũ est igiť stãtibus materijs nostris, quia ex eis resultat ꝓbabile et necessariũ impedimẽtũ duplici origine, quod nec longũ, minus ꝑpetuum dici potest, quo dicitur impeditus illustrissimus rex Angliæ, ut prætendiť citatus ad curiam, et quod secundum communes conclusiones non cogatur constituere procuratorem.

Præterea rescribit Alex. iij. episcopo Cenonẽsi, ꝙ ille, qui iniecit manus uiolẽtas in clericũ, ꝑpter iustas excusationes ab itinere excusať, adeo quod sine periculo non potest se sedis apostolicæ conspectui præsentare, poterit absolui ab ordinario, ut ĩ. c. de cætero de senten. excom. queriť, quæ sint illæ

illæ excuſationes, quæ excuſant rationabiliter ab itinere, dicitur ibi, quod ſunt illæ, de quibus in.c.quamuis eod.titulo, ubi narratur, neceßitas infirmitatis, uel exiſtẽtia in articulo mortis: ſed ille dicitur exiſtere in articulo mortis, qui tranſiturus eſt per loca inſidioſa, ut ſupra dictũ eſt, ſequitur quod tranſiturus per loca inſedioſa dicitur per iter tranſire non poſſe, ut dicit tex.in dicto.c. de cetero ſi pro, quia dicitur per iter tranſire non poſſe infertur, quod ſit impeditus impedimento neceſſario, de quo per Bar. in dicto uer. dic ergo, qui per iter tranſire non poteſt, et tamen non eſt preciſum, ergo. &c.

Et eſto ſine ueri preiudicio quod ex prædictis materijs eliceretur probabile impedimentum tantum, et ſic eſſemus in ſecundo membro Bar. dicimus dictum Bar. ſane intelligendũ, ſcilicet quãdo notorie non conſtaret de ſuſpitione locorum, ſed quando notorium et manifeſtum eſſet, loca media, per quæ de neceßitate citatus tranſire deberet, eidem ſuſpecta eſſe periculoſa & inſidioſa, tunc non habet locum quod dicit Bar. in dicto ſecundo membro. Immo tunc citatio & proceſſus eſſent ipſo iure nulla, ut ipſemet Bar. declarans ſe ipſum, dicit in.l. de etate. ff. ad Trebelli. & in.l.

ij.col.

ij.col.iij.ff. de appell.recip.et in.l.ſciendum. ff. de legat. et in.l.ſi.col.ij.ff.de in integr. reſti.et eſt tex.in clem.Paſtoralis.§.Piſana,et ibi glo.et docentes et idem in.c.ex parte de appel.Archi.in.c. ſiue de coniug.xxxiij.q. ij. & in.c.uenerabilibus de ſenten.excommuni.li.vi. Sed ex materijs excuſatorijs talis notorietas clare elicitur, ut patet ex earum ſerie, ergo. &c.

Tertio dicimus prædictis ceſſantibus ſententiã 3
Bar.& ſequacium in dicto ſecundo membro eſſe. a ſcola canoniſt. & legiſt. et ab antiqua & noua iuris prudentia efficaciſsimis iuribus & rationibus improbatam, ut patet recte intuenti, iuſtitiã colenti, atq; ueritatẽ amanti ex lectis & notatis in dicto.§. Ad crimen et in dicto.c.ueniens et in. c.ex pte de appell.et opinionem Bar. et ſeq. dum loquit de loco non tuto de mente iuris non procedere claris rationibus oſtendit Angel. in diſp. incip. Bononienſis in.vij. & ultimo dubio, licet ipſe atteſtetur ibi non audere a ſententia Bar.recedere, non quia ſit iure ſubnixa, ſed ob eius reuerentiam et auctoritatem. Capio ſeptimam concluſionem in qua dicitur.

Et conceſſa obſtantia ſine preiuditio ueritatis, dicimus q; requiſitum Bar.in dicto membro, ut

excuſator admittatur, colligitur et de iure inducitur ex litteris regijs.

Pater ſancte preſentis ſpeculationis eſt, an ex tenore et uerbis litterarum regiarum directarum ad egregium dominum Odoardum probetur, inducatur, ſeu colligatur mandatum regium in perſonam prædicti domini Odoardi, cum non ſit ambiguum etiam litteris priuatis approbatis poſſe conſtitui procuratorem. l. pri. et. l. Si. ꝓcuratorem. ff. de procura. cle. i. eod. titulo deciſ. 162. in nouis, dicuntur autem litteræ approbatæ procuratoriæ ſeu in forma probandi, quando habent ſigillum autenticum, ut not. in. c. mandato in præclaro de ꝓcurat. Hoſti. in. c. i. in. fi. eod. titulo rota dicta deciſ. 162. et not. ꝑ Bar. Paul. et alios in dicta. l. ſi ꝓcuratorem. clarũ enim eſt dictas litteras habere formalia et eſſentialia, ac eſſe in forma ꝓbãdi, et ꝙ nedũ mandatũ quo ad futura, ſed etiam ratificatio quo ad præterita geſta ꝑ dictũ dominũ Odoardum excuſatorio nomine regis ex litteris exacte ꝓbentur infra dicenda clare manifeſtant.

Conſiderandum eſt litteras regias, de quibus agitur, habere duplicem partem ſcilicet narratiuam uſq; ibi cæterum, abinde uſq; ad finem ſequitur diſpoſitiua, & quod conſtitutio & reuocatio procu-

ꝓcuratoris ſola uoluntate ꝑficiunt uerbo quocũq; oſtenſa ut not. in. l. pri. ff. manda. l. ſi procuratorẽ .ff. de procurat. c. licet. c. ſi quem eo. titulo li. vi. ut alias dicimus in legato inſti. de lega. §. i. et. l. omne uerbum. c. com. de lega. in ſtipulatione. l. oẽs. c. de contrah. ſtipu. §. ſed hæc inſti. de uer. obli. et in fidei commißiſ. §. fi. inſt. de ſing. rebus ꝑ fidei reli. in. l. quę omnia ut mandata conſenſu et uoluntate quibuſcunq; uerbis oſtenſis perficiuntur.

Clarũ eſt quod in narratiua dictarũ litterarũ, ex qua declarat mens diſponentis, & colligit eius intentio, ut eſt tex. et ibi Bar. in. l. cũ hi in pri. ff. de tranſa. l. pri. ff. de orig. iur. l. fi. ubi Bar. et alij. ff. de heredi. inſti. illuſtriſſimus rex Angliæ narrat ſub uerborũ forma, de qua ĩ dictis litteris dictũ dominum Odoardũ fuiſſe repulſum, a defenſione ſuæ maieſtatis, et patriæ Anglicanæ noĩe modo & forma, quibus ĩ antiquis materijs alias productis corã reuerẽdiſſ patre domino Paulo hac ratione, quia non conſtabat de eius mãdato et uolũtate.

Poſtremo in uer. Cæterum ad tollendam omnem dubitacionem, & ut indubitatũ ſit tam apud ſummum Pont. q̃ apud reuerendiſſimos dominos Cardinales, geſta propoſita et allegata, gerenda proponenda & alleganda per dictum dominum

excuſatorem, tam coram ſummo Pontifice q̃ corom præfato domino Paulo, et etiam coram quo cunq; in iſto articulo excuſatorio nomine modo et forma, quibus in dictis materijs proceſsiſſe et procedere de uoluntate ſua atteſtatur geſta. &c. ratificare approbare et grata habere, ex quibus uerbis indubitatum eſt induci ratificationem. l. Paulus cum ibi notatis. ff. rem ratam habe. nec credo ambigi regem potuiſſe geſta excuſatorio nomine ſuæ maieſtatis ratificare. l. ſemp qui non prohibet. ff. de reg. iur. regula ratum cũ ſimil.

Et quia dicta ratificatio non uendicabat ſibi locum, niſi quo ad præterita et non quo ad futura, ut eſt glo. in uer. ſi poſt creditam. l. ſi uero non remunerandi. §. ſi poſt creditam. ff. manda. cum quo ad futura requiratur mandatum ut not. dicta glo. Ideo ſapientiſsime præfatus illuſtriſsimus rex ad prædicta perſequenda conſtituit præfatum dominum Odoardum procuratorem et dedit ei mandatum ad allegandum excuſandum proponendum, prout in dictis materijs et ad prædictum articulũ excuſatorium perſequendum, ut ibi hortamur rogamusq;, ut quo cepiſtis tenore inſiſtere ac pergere uelitis, et ibi, quominus bene cepta ad extremum modis omnibus perſequamini, & ibi, ac

proinde

proinde rogamus, ut quæ ueſtra cum laude tam bene cepiſtis ſolita fide ac diligentia proſequi uelitis: nam conſtat, quod ex dicto uerbo rogamus, inducitur mandatum, ut eſt tex. in.l. pri. ff. manda. et in.l. ſi ſerui mei de nego. geſt. c. rogo et moneo. xi. q. iij. et eſt deciſ. Bar. in terminis in.l. poſt dotem in. vi. lect. ff. ſolut. matr. Nec obſtat quod ſubdat, hortamur, cum ille qui exhortatur, mandatoris opera non fungatur, ut inquit textus in.l. ob hæc. ff. de his, qui not. infa. quia licet illud uerbum ſit uerbum exhortatiuum et non mandatiuũ, nihilominus ex ſubiecta materia, et ex qualitate perſonarum ac intentione diſponentis, alteratur eius natura, et capitur ꝑ uerbo mandati inductiuo de ſubiecta materia conſtat, ut not. in. c. quicunq;. xiiij. q. i. inquit enim Abb. in. c. inter alia in. ij. not. de ſenten. excom. quod uerba ſunt interpretanda ſecundum materiam ſubiectam eorum natura alterata et non conſiderata, et ad hoc propoſitum iura et doctrinæ ſunt notoria, cum uerba ſint introducta, ut deſeruiant intentioni & non intentio uerbis. c. ſecũdo requiris de appella. c. intelligentia. c. preterea de uerb. ſign.

Conſtat enim ex animo dicti illuſtriſſimi regis, ut patet ex litterarum narratiua, ut ibi, quia de

nostro mandato non constat, & ibi. scz Illos dubitare de nostra uolũtate, et dispositiua ibi, ceterũ &c. q̃ ipse uult gesta ratificare, et de nouo ꝓcuratorẽ constituere: cũ ergo pateat de eius animo et intentione uerborũ interpretatio, nunq̃ melior sensu existat, ut est tex. in. l. iij. C. de liber. preter.

Nec est inconueniens, quod quando in una oratione plura uerba sunt coniuncta, unum per aliud declaretur, ut est tex. & ibi Bar. in. l. nec adiecit. ff. pro socio. l. si seruus plurium. l. qui filiabus. ff. delega. i. cum similibus, quæ note sunt, ergo uerbũ exhortamur non secundũ eius significatum, sed secundum naturam uerbi adiuncti capiatur.

Qualitas etiam personarum hoc suadet, secundum quarũ qualitatem uerba sunt interpretanda .c. cum de beneficio de preb. li. vi. cum enim uerbũ hortamur, dirigatur per superiorem et dominum ad inferiorem et subditum, non stat, ut dicat eius significatio, sed mutat naturam, et stat pro uerbo præceptiuo et mandatiuo, prout suadet sermo de quo agitur, ut not. in dicto. c. rogo et moneo. xi. q. iij. Accedat quod illustrissimus rex Angliæ in dictis litteris pluries repetijt illud uerbum rogamus, & alia uerba inductiua mandati, quæ supra scripta sunt, per quæ ostenditur præci-

sa mens

ſa mens dicti regis uolentis mandatum inducere & præfatum dominum Odoardum procuratorem conſtituere, ut not. in. c. Eam te de reſcript. not. Bal. in. l. precibus in. xv. col. c. de impub. et alijs ſubſti. Arch. in. c. Ab eo de appel. li. vi. Bar. in .l. Baliſta. ff. ad Trebel. cum alijs notorijs.

Et licet mandatum de lite perſequenda cum ſcientia geſtorum inducat ratificationem, ut eſt tex. & ibi Bal. Angel. et mod. in. l. Iulianus. ff. qui ſatiſd. cogantur. attamen prefatus illuſtriſsimus rex licet habuiſſet geſtorum excuſatorio nomine ſuæ maieſtatis per dictum dominum Odoardum plenam et indubitatam noticiam, ut conſtat ex tenore ſuarum litterarum, nihilominus uoluit ad maiorem ſpecificationem formaliter & ſpecifice geſta peum ratificare, ut ſupra oſtẽſum fuit, et ut ſupra diximus, q, ex iſtis litteris inducatur mandatũ indubitanter eſt deciſ. Bar. ut patet non peruerſe intelligenti in. d. l. poſt dotem in. vi. lect.

Non obſtat ſi dicatur, quod ex uerbis harum litterarum patet regem tantum uoluiſſe conſtituere procuratorem, cum præcedenti ratificatione geſtorum dicti domini Odoardi ad proſequẽdam litem per ipſum inchoatam eo modo quo inchoauit, & idem in ratificatione, ſed non conſtat

dictum dominum Odoardum comparuisse, nisi ut unum de populo & eius nomine excusatorio ergo &c.

Quia dicitur dictum dominum Odoardum comparuisse, ut patet ex probemio suæ comparitionis in materijs antiquis triplici nomine, scilicet nomine suo, & excusatorio nomine maiestatis regie, & ut unus de populo: ergo patet dictum dominum Odoardum comparuisse. &c. nomine excusatorio dicti regis ergo &c.

Non omitto id, in quo pars aduersa facit uim et potißimum fundamentum, scilicet dum in dictis litteris regijs dicitur, quo tenore, quasi dicat quo modo agendi cepisti, id est proprio nomine. &c. quia dico hanc interpretationem nullo modo recipiendam, tum quia tendit ad destruendum mandatum contra uoluntatem & uerba, tum quia ex dicta interpretatione inducitur magna perplexitas ad confusionem uoluntatis regis & uerborũ violationem contra iura et honestatem.

Debet enim interpretari talia uerba sano intellectu, quo tenore, idest ea specie et serie defensionis, qua cœpistis modis oibus prosequamini, hoc est, cum enim in articulis contineatur, quod rex non posßit comparere, quia itinera non sunt

sibi

sibi tuta, et quia resultaret scãdalum, si se ad tam longinqua loca conferret, sensus est ergo, quo tenore, id est qua specie defensionis & serie me hactenus defendistis, ita modis omnibus. &c.

Sed his cessantibus attamen dicimus dictũ dominum Odoardum fore et esse admittendum, et ad ueteres materias prosequendũ et ad nouas eis similes dandum satis clarum est antiquas materias consistere in hoc, q̃ illustrissimus rex non poterat comparere in curia, tũ quia loca media p̃ quæ de necessitate trãsiturus erat ut ueniret in curiam, non erant ei tuta, tum etiam quia si ex Anglia ad curiam locum tã remotum recederet dominus rex, uerisimile erat in dicto regno magna scandala oriri. &c. Quas materias etiam iuxta sententiam Bar. in. §. Ad crimen col. penul. uer. dic ergo: sic potest prosequi dictus dominus excusator, cum liquidissime constet ex serie dictarũ litterarum in pluribus partibus de mente domini regis uolentis dictum dominum Odoardum eas prosequi in fine ibi, non est quod a nobis amplius. &c.

Quæ uoluntas abundantissime, ut præfertur, colligitur, cum ut est notum Sanctitati. V. ex inditijs colligatur. ut not. glo. in. l. Apud celsum in

prin. de dol. except. et per Bar. in. l. fulcinius. §. quod sit autem latitare. ff. ex quibus causis in poss. eat. et etiam ex actu et dispositione nulla ut est tex. in l. in testamento, ubi Bar. ff. de fideico. li. & in. l. fi. ff. de rebus eorum. Et quod satis sit constare de uoluntate dicti domini regis, ut dictus dominus Odoardus possit proponere tales excusationes siue exceptiones in uoluntate existentes patet ex deci. supra alleg.

Inducendo eam in secundo membro ibi, quædam sunt excusationes probabiles. &c. pro cuius euidentia presupponendum est, quod excusator dicitur, qui sine mandato admittitur ad allegandas causas absentiæ, & excusationes non causas causæ, ut dixit Specul. in titulo de his qui alien. nomi. in iudi. interue. uer. excusator, alias si præcederet mandatum ad excusandum, non diceretur excusator sed procurator, ut est tex. in. l. absens. ff. de procura. & tradit Anto. de cana. in tractu de excusatore in pri. et. iiij. q. modo inquit Bar. quod quedam sunt excusationes probabiles, quæ eum excusant a ueniendo probabiliter. &c. tunc talis excusator simplex non admittitur sine mandato ad allegandam talem excusationem, quia nescit quid ille absens uelit, si enim Bar. intellexisset

tellexiſſet de mãdato ſolemni et formali ꝑ legitimãda ꝑſona utiq; magnã contrarietatẽ implicaſſet eũ, tũc talis non admitteret, ut ſimplex excuſator, ut fatetur Bar. ſed admitteret ut ꝓcurator, ſed Bar. uult, ꝙ admittatur in tali caſu, ut ſimplex excuſator, ergo tale mandatũ exigitur non ad legitimandam ꝑſonam, ſed ad declarandũ uolũtatem, Bar. enim tantũ curauit ut conſtaret de uoluntate citati uolentis proponi dictam exceptionem & tale impedimentum deferri et allegari iudici, non autem uoluit, quod exigeretur mandatum ad hunc effectum, ut illud non poſſet proponere, niſi procurator, et alias non poſſet niſi ꝓcuratorio nomine deſtinatus cũ mandato expedire dictũ articulũ, et talem neceſsitatem citati in iudicio allegare, hoc enim modo intelligere eſt erroneum, cum ſtat firma concluſio, quod canonica intimatio neceſsitatis et impedimenti iuris uel facti temporalis probabilis, ſeu declaratio uoluntatis impediti uolentis iudici notificare, dictum impedimentũ fit per litteras per nuntiũ ſeu excuſatorem deſtinatas, non autem requiritur, quod quiſpiam conſtituatur procurator cum mandato ſolemni ad dictum impedimentum proponendum procuratorio nomine, prout oportet quod faciat

procu-

procurator tex.eſt in.c. Placuit ubi glo.et docto. xviij.diſt.in.c.Bone il.pri.de elect.in.c. conſtitutus de appel.in.c. Prudẽtiam in pri.de off. deleg. in. c. ſciſcitatus de reſcrip. in quibus locis apertiſsime probatur iſta concluſio, et in. c. conſtitutis il.ij. ubi Abb. in prin.de teſti.

Comprobatur ineuitabili ratione,ſecundum erroneam lecturam partis aduerſæ ad Bar. elicitur iſta concluſio, quod probabile impedimentum nomine abſentis non poteſt allegari iudici & in iudicio niſi per procuratorem uel procuratorio nomine,et ſic impeditus probabili impedimento (q̃ eſt multiplex ut not.per glo.et Bar. et alios in. l. fi.ff.de in integr.reſti.per Bal. in.l.cum ab eo. C. quomo. et quando iudex per glo. in. c. peruenit. xviij.diſt.et per glo.in.c. Si egrotans.iij.q.v.per glo.in.c.Biduum.ij.q.vi.in.§.aduerſus) non poterat aliter excuſari niſi per procuratorem, et ſic p̃curatorio nomine iuxta doctr.Bar. in.l.ſi ita ſtipulatus.§. Griſogonus.ff.de uerb. oblig. et Bal. in.l.etiam.C.de fidei.hoc eſt prorſus falſum per ſupra alleg. iura, quæ dicunt per nuntium poſſe iudici et in iudicio allegari impedimentum tale, ergo. &c. Conſtat autem nuncium eſſe prorſus diuerſum a procuratore in materia iudiciaria, ut

not.

not.in.c.ex parte Abbatiſſe de priuil.et in.l.multum intereſt.C.ſi quis alt.uel ſibi et in.c.Conſtitutis il.ij.de teſt.ergo.&c.

Præterea rex dicit, eo tenore quo cepiſtis,et ſic per litteras ſuas deſtinat eum excuſatorem dicto.c. Prudentiam dicto.c.cum dilecti, excuſator autem articulum excuſatorium agit nomine ſuo, ut ſupra, ergo. &c. Et ſic eſt ſatisfactum Bar. qui uoluit ut conſtaret de uoluntate abſentis citati uolentis ipſum conſtituere excuſatorem, hoc autẽ conſtat per eius autenticas litteras, ergo. &c. Præterea Bar.in.§. Ad crimen, appellat eum excuſatorem etiam cum mandato. Præterea quod Bar. intellexerit non de mandato, per quod abſens impeditus conſtituat procuratorem ad allegandas cauſas.&c. ſed intellexerit de mandato per quod conſtet de uoluntate impediti uolentis excuſari et iudici notificari impedimentum tradit Bar.in.l. Queſitum de re iudi.uer.unde, cum quo docto.ibi.ubi Bar.dixit, quod ad anullandum proceſſum et ſententiam contra citatum impeditum ſatis eſt quod citatus mittat ad iudicem excuſatorem, et ei notificet impedimentum, ut fecit illuſtriſſimus rex, qui miſit excuſatorem, et notificauit Papæ. &c. Excuſator enim miſſus iudi-

cium

cium excusatorium agere debet, ut excusator de iure non ut procur. ergo. &c. Nec Bar. dicit, quod debet agere iudiciũ excusatorium, ut procur. quia tunc esset contra iura supra allegata & doctrinas.

Suadetur ex præcedenti membro dum Bar. uult quod simplex excusator admittatur ad allegandum impedimentũ necessarium sine cautione &c. Et allegat rationem, quia uelit nolit absens pur. sic est. scilicet quod non potest uenire. tunc enim cum sumus in claro, quod citatus detentus impedimento necessario non potest uenire, non requiritur aliqua uoluntatis declaratio, cum in incertis et non certis locus sit declarationi uoluntatis, et hoc constat ex ratione quam subnectit ibidem, uidelicet quia nescit quid ille absens uelit, quasi dicat si essemus in claro, prout in præcedenti membro, admitteretur quicunque absq; aliquo mandato declaratorio, & nimirum in isto dubio requiritur declaratio uoluntatis, quia excusator non admittitur ad allegandum aliquod impedimentum contra uoluntatem citati, ut inquit, idem Anto. de Canar. in dicto tract. q. xxxij.

Infertur igitur quod illud, quod dixit Bar. de mandato, debet intelligi ad limites rationis per eum

eum ſuppoſitæ, uidelicet de mandato declaratorio uoluntatis ſcilicet ſatis eſſe apparere de uoluntate citati ipſum uelle proponi etiam per excuſatorem dictas excuſationes probabiles: ſed in caſu noſtro, ut prediximus, clarius luce patet de uoluntate domini regis uolentis prælibatum dominum Odoardum proponere dictas exceptiones, ergo ut excuſator abſq; mandato perſonam ſuam legitimante poteſt eas proponere, prout propoſuit alias, inepta fuiſſet ratio Bar. uidelicet quia neſcit ſi abſens uelit, ſi intellexiſſet de mandato ordinario ad legitimationem perſone, dixiſſet enim ideo exigi mandatum, non quia neſcit an abſens uelit, ſed quia eas aliter non poſſit proponere, prout dixit Inno. in. c. ueniens in excuſatione uoluntaria, quem ſequitur Bar. in. iij. membro.

Circa. xviij. concluſionem in qua dicitur. Stantibus materijs prædictis regi illuſtriſſimo debet de loco idoneo prouideri, etiam quod non petatur ſecundum communem opinionem.

Præſens concluſio Beatiſſime pater iuſtificatur ex pluribus. Et primo ex tenore materiarū, in quibus dicit notoriū eſſe loca media maritima uel media maritima uel terreſtria, p quæ preciſe cogeret

tranſire

transire illustrissimus rex Angliæ, si ad curiam uenire uellet, esse ei notorie ineuitabiliter suspecta et insidiosa, per quæ nullo modo transire potest sine ineuitabili periculo mortis. &c.

Stante igitur predicta notorietate succedit firma conclusio, quod nedum non tenetur petere illustrissimus rex Angliæ a Sanctitate. V. locum sibi idoneum prouideri, sed immo coram ea comparere non tenetur, et consequenter citatio ab ea emanata eum non arctat, et processus inde secutus, est nullius momenti, ut est tex. in. clementina Pastoralis. §. Pisana de re iudi. ita tradunt Inno. Bal. Abb. et alij in. c. ex parte de appel. Bar. in. l. fi. col. ij. ff. de in integr. resti. et in. l. ij. ff. de appel. recip. in. l. sciendum. ff. de legat. in. l. de etate. ff. ad trebel. Alex. et alij in. l. recusare. §. si quis ab alio. ff. ad trebel. glo. Ancho. Imo. et mod. in dicto. §. Pisana et huic conclusioni neminem. l. contradicentem stat enim firma conclusio, quod tali casu quando locus est notorie non tutus, etiam quod non excipiatur uel appelletur, processus est nullus, et notorietas excusat ab onere proponendi, Abb. in dicto. c. ex parte in fi. ubi mod. Inno. Butri. et Imo. in. c. preterea de dila. glo. Imo. Hor. et mod. in uer. notorio in dicto. §. Pisana, mod. in. l.

si uero.

ſi uero. §. qui pro rei qualitate. ff. qui ſatis dare co gan. Et in. l. recuſare. §. Si quis ab alio alle. & ita limitatur glo. in clementina appellanti. de appel.

Præterea ex quo exceptio loci non tuti eſt pro poſita et probata tranſit in notitiam iudicis locum non eſſe tutum, et per conſequens in notoriũ iuris. c. ueſtra de cohabi. cleri. et mulie. & not. in. c. Euidentia de accuſa. c. inter monaſterium de re iudi. Inno. in c. Significauerunt de teſt. idem in. c. per tuas de appel. Angel. in. l. fi. ff. de peti. hered. et not. in. c. Cum olim de uerb. ſign. unde cum ſit notorium iudici, iudex ſecundum Docto. communiter tenetur locum tutum aßignare abs q; eo quod petatur. Ad hoc enim ut inualidetur proceſſus ſufficit qualitercunq; iudicem ſcire impedimentum citati, ut not. in. l. Quæſitum de re iudi. hinc iura glo. et docto. in hoc articulo loquentia, ſemper dicunt officium iudicis eſſe conſti. ſibi de loco non tuto de loco idoneo et ſecuro prouidere, nullum uerbum iura uel glo. dicunt quod pars debeat petere, ut patet ex textu & ibi notatis in dicto. §. Piſana, & in clementina prima de foro compet. et in. c. ſtatutum de reſcrip. lib. vi. c. uenerabilibus. §. ſecus de ſentent. excommuni. eod. lib.

c. Cum ſi perſone de priuil. eod. lib. c. hortamur. iij. q. viiij. c. Siue de coniugijs. xxxiij. q. ij. c. Ex parte de appel. c. Accepimus de fide inſtr. c. Cũ dilecta de confir. utili uel inutili. c. Cũ. R. canonicus de off. deleg. c. Accedens il. ij. ut lit. non conteſt. c. Bone il. pri. de elect. c. conſtitutis il. ij. de teſti.

Et prædicta coadiuuantur ex ratione Bal. in dicto. c. ex parte, quia pars non tenetur Iudicem inſtituere contra ſeipſum argu. in. l. non utiq;. ff. de. eo. quod certo lo. ac in. c. ſi duobus de appel. & prædicta concluſio eſt uera ſecundum eum, et ex his patet minus bene dixiſſe Hoſtien. in dicto. c. Ex parte il. pri. qui tenet contra concluſionem & dicit contrarium concluſioni ſupra firmatæ eſſe de ſtilo Curiæ, prout Rota deciſ. xv. in antiq. ſententia enim Hoſtien. quo ad petitionem loci tuti communiter non recipitur, licet communiter recipiatur quod exceptiõ loci non tuti debeat proponi & probari, non tamen tenetur pars petere locum tutum aſſignari, quicquid dixerint Hoſti. & rota, ut tenet Bal. plene in dicto. c. ex parte, quia Iudex ex offitio, ex quo sibi conſtat per probationes locum non eſſe tutum, tenetur locum tutum aſſignare, ut not. Inno. ibidem cum quoet alij canoni. trãſeũt, ſaluo q. ibi Hẽri. Boyc.

&

& Archi. in. c. uenerabilibus. §. Sed hoc ipsum de senten. excom. li. vi. adherent opin. Hostien. alij. scribẽtes in. c. Ex pte, recedũt ab opinionẽ Hosti. quo ad petitionem loci non tuti, & inter cætera mod. in dicto. c. ex pte, dicũt sententiã communem stilo Curiæ comprobari ex eo quia quotidie curia committit causas appellationis ex eo solo q̃ non admittit exceptio loci non tuti, licet non petatur locũ tutũ assignari, et quo ad ꝓpositionem et probationẽ Archi. in. c. siue. xxxiij. q. ij. approbando opin. Gofredi, de qua in. c. interposita de appella. illud idem tenet. facit opinio Io. monachi in. c. concertationi de appell. li. vi. quã referũt Io. And. et cæteri in dicto. c. ex pte, ubi dicit q̃ cancellaria dat litteras sup̃ appellatione absq; eo, q̃ sit oppo sita exceptio de loco non tuto, et sic uidetur stilus curiæ approbare opin. In. q̃ ꝓpendũt signãter Butry. Imo. et mod. in dicto. c. ex pte Alex. in. l. re cusare. §. si quis ab alio col. iij. dicit opin. Paul. de Leaza. in cle. quia contingit de religio. domi. Io. manach. Inno. & seq. in prædicta conclusione in puncto iuris ueriorem, & ex his constat iustificatã conclu. comm. sentẽtia Hosti. et rotæ communiter damnata non obstante, & dato q̃ obstaret et esset uera, tamen in ꝓposito casu nihil faceret.

Cum dicta Hosti. sententia sibi locum non uendicat in notorio, prout et nos sumus per ea quæ supra late dicta sunt, put etiam idem Hosti. tenet in dicto. c. ex parte. Aggredior. xvij. conclusionem, in qua dicitur.

In causa de qua agitur locus debet esse tutus nedum procuratori sed etiam domino.

Pro qua allego textum in. c. ex parte il. pri. ubi Hosti. post glo. i. antiqua, noua, et nouissima iuris prudẽtia resident in ista conclusione pro qua etiã est textus in Clementina Pastoralis. §. Pisana ubi Flori. Imo. et mod. sequitur Fely. in. c. Accedens il. ij. ut lit. non contest. Flore. in dicto. c. ex parte, dicit hanc opinionem ueram, Imo. et mod. in l. recusare. §. si quis ab alio. ff. ad Trebel. et ubiq; locorum schola legist. et canonistarum tenet hanc conclusionem, contra quam primo uidetur esse decis. rote in antiq. xv. cui est responsum supra super. xiij. conclusione.

Secundo obstat dictæ conclusioni tex. in. c. cum olim de testi. cui post responsiones traditas per mod. in dicto. c. Accedens col. iij. et. iiij. aliter respondeo. presuponendo communem opinionem esse cũ Inno. in dicto. c. querelam de procura. scilicet q; tex. in. c. cũ dilecti, ubi docto. transeunt cũ predicta

dicta opinione: Inno. loquitur ĩ causa electionis: inde est q̃ iusto impedimento detentus, ut ibi scilicet ratione loci non tuti, cogitur constituere p̃curatorem propter periculum animarũ, et ne Ecclesia patiatur damnũ in tẽporalibus, ex quo intellectu infert ibi Abb. ad omnem causam desiderantem celeritatem habentem similitudinem ac idemptitatem rationis. sed tex. in. c. cũ olim loquit in terminis dicti. c. cũ dilecti. et illationis Io. An. et ibi Hosti. in. pri. et col. fi. ergo. &c.

Vel responde prout est de mente Ancho. in dicto. c. cũ olim in. ij. notabili, dum enim ibi dicitur partibus, si fieri potest uel procuratoribus earũ ad locum securũ et idoneum conuocatis, sed quod primo citandus est principalis, & si non potest comparere procurator ipsius, prima ergo citatio non uidetur, q̃ possit fundari in personam procuratoris, cũ dominus de facili sit reperibilis præsertim in grauibus, ut not. glo. et canonist. in. c. causam q̃ de dolo et contuma. Abb. in. c. dilectus de procur. Bar. in. l. meminimus. c. unde. vi. et in. l. iiij. §. pretor. ff. de damno infec. communiter legistæ in. l. iij. c. de procura.

Et ex his constat Inno. minus bene tenuisse in dicto. c. ex parte contra dictam conclusionem nisi

ſaluando ipſum dicamus pro ut diſtinguendo pro babiliter dixit Maria. ſcilicet in rubrica de dilat. articulo. xviij. q. v. cum qua diſt. reſident nouiſſimi in dicto. c. ex parte, q, aut ſumus in cauſis leuibus, et tunc poteſt procedere dictum Inno. etiã in loco non tuto, aut ſumus in cauſis grauibus, et tunc procedat concluſio ſupraſcripta approbata auctoritate utriusq; ſchole.

Et poteſt coadiuuari predicta diſtinctio Decij. c. querelam de procura. quam tenet Archi. in dicto .c. ſi egrotans. v. q. iij. Angel. in diſput. Bonon. uer. ſuper quinto, ſed cauſa de qua agitur, ut eſt notorium, dicitur nedum grauis ſed grauißima tam reſpectu ſacramenti q̃ grauis preiudicij animæ, ut not. in. c. ſi pro debilitate de offi. deleg. & in dicto. c. querelam, & in. c. ſi egrotans ideo iure & merito ſecundum opinionem Inno. et utriusq; ſcholæ, dictus dominus excuſator debet admitti ad proponendam dictam exceptionem loci non tuti.

Inno. enim ſemper perſeuerauerit in iſta ſententia quod in cauſis grauibus quis non cogeretur conſtituere procuratorem, ut patet in. c. expoſuit de dilat. & in. c. ij. de teſti. & in dicto. c. querelam, & ex his remanet iuſtificata prefata con-

conclusio. Capio. xxij. Conclusionem, in qua dicitur.

Causa de qua agitur, non est reseruata sedi Apostolicæ priuatiue secundum com.

Pro cuius fundamento dicitur, quod causa matrimonialis dicitur esse media, ut not. Hosti. Io. Andr. in. c. fi. de crimi. fal. cuius cognitio est Episcopalis dignitatis, ut est tex. in. c. accedentibus de excessibus prelat. et not. per Abba. in .c. primo de consan. et affini. & ex consuetudine causarum matrimonialium cognitio potest spectare ad inferiores ut not. per Abb. in dicto. c. pri. & in dicto. c. accedentibus & est tex. in. c. auditis de prescript. nec refragatur, q. dicitur huius cause uti de maioribus tam respectu sacramenti q. respectu personarum illustrium decisionem ad Sedem apostolicam pertinere, per ea quæ leguntur & notantur in. c. huic. xvij. dist. et in. c. ut debitus in. fi. de appellationibus. c. quãuis de elect. c. quod translationem, cum ibi notatis de offi. lega. c. preceptis. xij. dist. iuncto. c. nouit. de iudi. quia ut dicebatur & dicitur, hæc consequentia est falsa, causa est spiritualis, matrimonialis, & grauis. ergo de maioribus: cum ille dicantur maiores, quarum decisio priuatiue

ſpectat ad ſedem apoſtolicã, quæ numerant in locis ſupra allegatis, in quarũ numero cauſa matrimonialis non numerat, ergo talis cauſa non eſt de illis, eſt enim hæc optima conſequentia glo. in. §. actionũ inſti. de actio. Bar. in. l. fi. C. de decur. li. x. Oldr. con. 160. Rota deciſ. 175. in nouiſ.

Prout non obſtat nobilitas, celſitudo, ac maieſtas perſonarum illuſtriſſimarum, inter quas cauſa hæc agitur, cum ex dicta qualitate perſonarum natura dictæ cauſæ non alteretur, nec ex gradu medio transfunditur in gradum cauſarum maximum, cũ quælibet dignitas eccleſiaſtica preſertim epiſcopalis, ad quam iure ordinario dictarum cauſarum deciſio pertinet, ſit maior qualibet temporali arg. uulgati. c. ſolite de maio. et ob. et eſt glo. fi. in. c. duo. lxxxxvi. diſt. et eſt tex. in. c. omnes de maior. et obed. c. uenerabilis de preb. c. ſecundo eod. titulo libro. vi. quilibet enim ſupremus princeps temporalis eſt ſubiectus ſuo diocesano, dicto. c. omnes, dicto. cap. duo, cum ad diocesanum de iure ſpectat cognitio harum cauſarũ etiam inter illuſtres, ut dicto. c. omnes, et dict. c. duo. c. primo de conſang. et affin. ſed admiſſo ſine preiuditio, q. cauſa de qua agitur eſſet de maioribus, quis negat Papam ex ſpeciali ſuo mandato

non

non posse eam delegare iusta causa suadẽte, prout est notorium, ut est tex.in.c.quod translationem de offi.lega.iuncto.§.cum autem.c. Statutũ de rescrip. libro.vi.c.accepimus de fid. instru.& uulga. c. ex parte de appel. facit. c. non dubium iuncto.c.eminentiam de senten.excom.

Prout alias dicitur licet enim iure ciuili ea quæ sunt meri imperij non possunt delegari.l.i.§. quæ uero.ff.de offi.eius cui mand. est iuris, tamen ex iusta causa absentiæ et alio probabili et necessario impedimento possunt delegari, prout communiter not. in dicto. §. Quæ uero, Sed ut supra ostendimus in.iij.iiij.viij.et.viiij. conclusionibus, predictus illustrißimus rex est absens iusta absentia ac probabili & necessario impedimento, igitur. &c.

Eo maxime quia predicta causa facta est delegabilis, cum eam sanctitas uestra delegauerit reuerendißimis legat.in Anglia, ut apparet ex eorũ commißione, ut not.per glo. Bar.et alios in. l. i. c.qui pro sua iurisd. & per Bar. Alex. & mod. in dicto.§.que uero.

Minus refragatur si dicatur, prout dicebatur, q, cum in causa ista agatur de interpretanda dispensatione, & sic de interpretando & discutiendo

priuilegio, a deo Sedi apostolicæ concesso, ideo eius cognitio priuatiue spectet ad sedem apostolicam ut not.in.c.primo de translat.prelat.& in. c.in nouo.xxi.dist.cum alijs quæ not.in.c.cum uenissent de iudi.quia tespondetur ex hoc conclusionem suprafirmatam non reuocari in dubium, principaliter enim hic discutitur causa matrimonialis, cuius cognitio priuatiue, ut supra ostensum est, non spectat ad sedem apostolicam, licet incidenter ueniret examinandus articulus dictæ dispẽsationis, causa enim non ab incidenti sed a principali negocio nomen & titulum assumit, ut not. in.l.prima.c.de ordi.iudic.et in.l.si status ubi Bal. C.de ordi.cog.et in.l. quotiens.c.de iudi.iuncta.l. queritur.ff.de statu homi.

Et papa debet et potest presertim ex iusta causa ut supra ostensum est,dictum articulum delegare, et maxime quia alias sanctitas sua illum delegauit,accedat etiam q̃ delegatus sedis cognoscet super dicto articulo,eadem sedes uidetur cognoscere, ut not.in.l.p.C.qui p̃ sua iurisdic. glo. Bar. Angel.et alij in.l.ubi ceptum.ff.de iudi.facit. c. i. 93.dist.c.p.94.dist.c.sane. c. cum olim de off. de lega.dicta.l.prima.§.qui mandatam. l. solet. l. et.l.pretor.l.et quia.ff.de iurisd.om.iud.

Præ-

Præterea consideretur, q̃ licet accessorie ueniat discutiendus dictus articulus dispensationis, non ex hoc tale accessor̃ debet alterare naturam sui principalis. l. q̃ p̃ manus cũ simil. ff. de iure codi. non enim debet tale emergẽs operari, quin causa de qua agit dicatur matrimonialis, et non regulet quo ad decisionẽ & cognitionem, p̃ ut regulant aliæ causæ matrimoniales, ut alias dicit in. c. Tuã de ordi. coga. in l. quotiens. C. de iudi. in. l. ij. ff. de iurisd. omn. iudi. in. l. titia. ff. solu. matr. in. l. omni nouatione cessante. c. de epis. et cleri. et si quãdo incidẽter successerit dictus articulus, esto q̃ papa illis cognitionẽ non posset demãdare, q̃ est falsũ, uel nollet, q̃ minime credit, tũ quia subest iustissima causa delegãdi, cũ etiã quia alias delegauit, nichilominus officiũ iudicũ delegator̃ a Sanctitate sua tunc esset referre ad Sanctitatem suã se dem̃q; aplicã interpretationẽ prædictæ dispẽsationis, quæ consistit in priuilegio a deo sedi concesso, quia relatione facta et interpretatione pro grauitate et prudẽtia Sãctitatis suæ secuta, prædicti iudices deberẽt et tenerent̃ scdm illa iudicare, ut not. in. l. i. et. ij. c. de relati. in. §. fi. in. auct. de iudi. cũ alijs traditis in. c. intimasti de appel. & ex his remanet iustificata prædicta Conclusio.

Aggre-

Conclusionem, quæ est talis. L. Prima. C. quando imperat. inter. pupil. et uid. de iure non obstat, quo minus excusator regius cum prædictis materijs sit admittendus.

Pro cuius fundamento dicitur, prout supra. iij. iiij. viij. et viiij. conclusionibus clarißime ostendimus, ex materijs nostris elici probabile et necessarium impedimentum temporale, ad quod allegandum admittitur excusator sine mandato, ut late dictum fuit super secunda conclusione, & dato sine preiudicio ueritatis, q. tale impedimentum non eliceretur sed probabile tantum tamen etiam tunc ad tale allegandum admittendum esse excusatorem presertim stantibus materijs, liquido ostendimus supra super. vi. conclusione. ℭ. Restat perscrutari intellectum dicte .l. pri. an obstet, ut in conclusione.

Inquit enim Imperator in dicta. l. pri. quod si quando predictæ personæ uel aliæ fortunæ iniuria miserabiles presertim ob potẽtiam aduersarij peroraverint suum iudiciũ, tunc aduersarius cogitur examini Cesareo se subicere, quod dicta illustriß. regina fecit, cũ ualde perhorresçat potentiam

tentiam prefati illustrißimi regis, cogatur, et cogitur ergo idem rex respondere coram pontifice, ut aperte decidit ille tex. cui concordat tex. in. c. Regum. c. administratores. xxiij. q. v. et. c. ab. imperatoribus. xxiij. q. iij. et præsertim cum causa sit grauis & inter illustres personas agatur, Sed quid oportet allegari illū tex. in fauorem reginæ, qui procedit de iure Cesareo, in fauorem et priuilegium miserationis et miserabilium personarum? ut ibi not. Quo iure Cesar omißis medijs, nec in causa principali uel appellationis poterat regulariter adiri. l. nemo. C. de iure omn. iudi. l. Imperatores la. pri. ff. de appel. & illud erat casuale cum iure canonum, quo debet iudicari prescripta causa. cap. Tuam de ordi. cog. Papa uniuersaliter etiam omni cessante perhorrescentia immediate poßit adiri. c. Ad Romanam il. pri. & il. ij. q. vi. cum alijs quæ notantur in. c. dilecti filij. prior et conuentus de appel. et maxime per oppressos uiduas pupillos orphanos et alias debiles ac miserabiles personas. c. si quis de potentibus. xxiiij. q. ultima et. 87. dist. per totum: cum ergo claro iure Canonum habeamus hoc dispositum secundum quod dicta causa debet determinari, non oportet confugere ad ius ciuile, et presertim

cum

cum uberius et latius prouideat ius Canonum, ut not. in. l. priuilegia. c. de sacr. san. et in. c. i. et. ij. de noui. oper. et in regula possessor cū simil. et si dicatur ergo pro regina utroq; iure suffulta, respondebitur statim.

Primo respondet et p euidentia, ut supra dictū est, dicta. l. i. continet priuilegiū deuians a regulis iuris communis suffultū stipite miserationis, ut ibi fatentur glo. et docto. sequitur q; cessante dicta qualitate miserationis et sic priuilegij causa, cesset etiam dictum priuilegium. l. titie. §. usuras. l. cum patronus. ff. de lega. ij. c. si pauper clericus de preb. libro. vi. sed in persona Reginæ prorsus cessat causa finalis priuilegij scilicet qualitas uiduitatis uel miserationis, ergo cessare debet pariter in eius persona priuilegium cum cessante qualitate cesset dispositio qualificata. c. pro humani de homi. libro. vi. & ubi non habent locum uerba priuilegij, ibi nec eius effectus. cap. indemnitatibus. §. penul. de elect. libro. vi. & præsertim in exorbitantibus a regulis iuris cammunis, ut est dicta. l. pri. c. non solum. c. constitutionem de regu. libro. vi. quod autem cesset in persona reginæ qualitas requisita clare constat, nec enim est uidua, ut sumitur in dicta. l. unica ut

Abb.in.c.licet. ad fi. de foro compet. Feli. in capitulo ſignificantibus col. pen. de offi. dele. cum alijs quæ ad propoſitum notantur per Rimil.in. l. ſi mater ad fi. c. de ſucceſ. edi. pro quorum Sententia eſt tex.in. c. uidua. xxxiiij. diſt. minus dicitur miſerabilis perſona, ut ſcribitur per Inno. & alios in dicto capitulo ſignificantibus, cum ponatur pro conſtanti, quod quando aliqua perſona ſit competenter diues, ea non dicitur miſerabilis, ſed dubium non eſt reginam eſſe diuitem, ergo miſerabilis dici non poteſt, ut not. in dicto.c. Significantibus,& in.c.primo de poſt.et in.c.licet de cenſi.

Immo ut dicit Cardinalis in dicto. c. Significantibus uer. quero, etiam quod eſſet uidua & diues non dicitur miſerabilis præſertim cum ſit nobilis. Ille enim dicuntur miſerabiles perſonæ, quæ cauſis earum quo ad ſumptus, adminiſtrare non poſſunt, ut not.in. c. primo de poſtu. unde pauper oppreſſa proprie defenſionis auxilio deſtituta eſt miſerabilis. 87. diſt. defenſionis, quod non habet locum in diuite, cum pecuniæ omnia obediant, Eccle.x.hæc ille. hoc idem tenet ſpecul.in tito.de aduoca.§.pr.uer.miſerabiles,ubi dicit miſerabiles, intelligo pupillos uiduas & orphanos.

orphanos. 86. dist. c. fi. 87. dist. c. i. l. prima. C. quando Impera. nisi inquit, sit diues et nobilis uidua all. tex. in dicto. c. significantibus.

Nec obstat si dicat arbitrio Iudicis fore relictū, quando aliqua persona dicatur miserabilis, ut notant Cyn. Bar. Bal. Albæri. et alij in dicta. l. unica et mod. in. d. c. significantibus, quia hoc uerum est in his, quæ sunt ambigua et dubia, puta an aliquis sit debilis taliter uel lāguidus, qui possit dici miserabilis persona, quia non omnis languidus debilis, cæcus pupillus et uidua dicuntur miserabiles personæ, sed illi tantum qui sunt impotentes & pauperes ut not. in dicto. c. significātibus et in. c. licet de foro compet. et in. c. licet de censibus examen, igitur impotentiæ et paupertatis seu potentiæ et diuitiarum relinquitur arbitrio Iudicis, non autem eius arbitrio relinquitur essentia persone: cum ergo regina nec uidua nec pauper sit, merito sumus extra omnem difficultatem & in claro cum in incertis et non certis locus sit coniecturis. l. continuus. §. cum ita cum simil. et arbitrum in incertis & non certis sibi locum uendicat. l. Cum filius. §. Pater, ubi Bar. ff. de lega. ij. unde arbitrio Iudicis non est locus in his quæ sunt a. l. determinata. l. certo generi. §. si totus. ff. de seruit.

de ſeruit.ruſti.prædi.hinc communiter determinatur unum quemq; iudicem poſſe punire inferentem sibi notoriam iniuriã, cum pœna ſit.l.determinata in.c.dilectus de pœnis.c.i.de offi.delega.c. Cum ueniſſent de iudi.et ratio eſt,quia non eſt opus aliquo arbitrio propter certitudinem licet ſecus ſi pœna eſſet arbitraria,ita in propoſito cũ ſit determinatum canone, nobilem & diuitem non habere priuilegiũ miſerabiliũ dicto.c. Significãtibus et notoriũ ſit uniuerſo orbi illuſtriſſimam reginã eſſe talẽ, merito quieſcit arbitriũ iudicis.

Secundo reſpondeť, q; etiã ſi oĩa requiſita concurrerent, tamen illa lex locũ sibi non uendicat, quãdo cauſa de qua agiť eſt grauis et magni ponderis,ita Inno.et alij ĩ dicto.c.ſignificãtibus,quaſi tũc ceſſet ratio miſerationis,quæ etiã eſt fundata ſup modicitate rei de qua agiť,ſed cauſam de qua agiť eſſe grauem & maximi ponderis non conuenit in dubium reuocari. ergo ceſſat diſpoſitio dictæ.l.unicæ.

Non obſtat q; diciť de phorreſcentia,cũ talis timor forte militaret,ſi quãdo cauſa agitanda eſſet in regno Angliæ,p quo non inſtatur,ut late fuit dictũ ſup.xxi.conclu. ſed ut committaťĩ loco neutri parti ſuſpecto,quo caſu ceſſat pretẽſa phorreſ

centia et timor potẽtiæ aduersarij, ut est tex. in. c. statutũ. §. Cũ autem de rescript. li. vi. Quemadmodũ enim actor, si quãdo perhorrescat potentiã aduersarij iuxta terminos dictæ. l. potest ĩplorare iudiciũ cæsaris, ut ꝑ se uel eius delegatũ extra ꝓuinciã causa determinet, ꝓut regina uidetur hac consideratione implorare seu imploraſſe iudiciũ pontificiũ, eadem æquitate rex Angliæ potest implorare iudiciũ pontificiũ, ut causa extra curiam committat, cũ uehementissime phorrescat potentiam principũ eorũq; subditorũ et uassallorũ, per quorũ loca de necessitate trãsiturus esset non sine ineuitabili periculo mortis, amissionis status dignitatis et regni. &c. si in curia uel ad curiã præfatus illustrissimus rex ad causã ipsam defendẽdã iturus uel uenturus esset, cũ ꝑsonæ litigantiũ et iudicia debeant esse æqualia. c. i. &. ij. de mutu. peti.

Præterea aduertat q, dicta. l. unica hodie recipit interpretationem a iure canonico. s. per tex. in. c. Statutũ. §. Cũ uero, ubi disponit, q, licet quis perhorrescens potentiã aduersarij timeat litigare cũ eo ĩ ciuitate uel dioceſi, tamen non poterit ipsum trahere extra dioceſim ultra unã dietam: unde cũ per illud capitulũ concedat facultas reginæ quæ asserit perhorrescere potentiã regis litigãdi extra dio-

tra dioceſim,in qua habitat ille, cuius potentiam phorreſcit,non tamen tribuitur ſibi facultas exorandi iudiciũ pontificiũ,et ſic trahere regẽ nedum extra dioceſim ſed extra regnũ ad locũ diſtantem ꝑ innumerabiles dietas. Et ſic hodie iure canonum dicta.l.unica recipit determinationem, ita ſignãter dixit Bal.in dicta.l.unica uer.item adde, et ante prædictã diſpoſitionem Bonifacij.d.l.pri. fuit determinata per conciliũ generale in cauſis eccleſiaſticis et ſpiritualibus,de quo in.c.nonnulli de reſcript.quod loquitur de duabus dietis, quod locũ habet in regibus et alijs ꝑſonis illuſtribus,ut late dictum fuit ſupra ſuper.xxi.concluſione.

Quarto dicit,quod admiſſo ꝙ oĩa requiſita ĩ dicta.l.unica in ꝑſona reginæ concurrerent,nihilominus iuſtiſſima eſt petitio regia cauſis et rationibus,de quibus alias ſuꝑ.iij.iiij.viij.et.viiij. concluſionibus,ꝙ cauſa comittat extra curiã ĩ loco neutri parti ſuſpecto, & in caſu iſto ceſſat priuilegiũ dictæ.l.unice,quo ad hoc ut cauſa cognoſcat in curia corã papa: nã clarũ eſt omni ꝑſonæ ita paruæ ſicut magnæ fuiſſe inſtinctu nature ab omni cenſura conceſſũ,ut poſſit allegare locũ, in quo iudiciũ agitandũ eſt non tutũ,ſed ſuſpectũ etiã ꝑ reſpectũ ad loca media non tuta nec ſecura ꝑ quæ

preciſe trãſeũdũ eſt ad hoc, ut eatur ĩ locũ iudicij, ut alias ample dictũ fuit ſup. xv. conclu. Sed notorium et indubitatũ eſt, ut alias fuit dictũ, loca media p̃ quæ de neceſsitate rex uẽturus ad curiã trãſiturus eſſet, non eſſe ei tuta nec ſecura, ſed immo periculoſiſsima, et ex quoꝝ tranſitu eidẽ regi imminet ineuitabile periculũ mortis, amiſsionis &c. Stante igiũ tali conceſsione iuridica dicendũ eſt priuilegiũ, de quo indicta. l. unica. nec ex uerbis, nec ex mente cæſaris aut iuris diſpoſitione eam non euacuare uel ei in aliquo præiudiciũ non irrogare, cũ ipſe imperator atteſteť nolle alicui priuilegiũ concedere in diſpendiũ commodi & iuris alterius, ut eſt uulgatũ, cũ ut inquit tex. in. c. nup̃ de donat. inter uir. & uxo. et in. c. ex tenore de foro compet. ſic ſimus uiduis in iuſtitia debitores, q̃ alijs iniuſtitiã facere non debemus, & hoc eſt q̃ dicit Papa ſe uelle defendere priuilegia priuilegiatorũ, dũmodo aliorũ priuilegia non perturbet. c. nolẽtes de priuil. li. vi. et imperator dixit ne dũ legatariũ ſatis eſſe fouendũ exiſtimamus, heredis commoda defraudeť. l. fi. §. licet. et ſi quis. c. communia delega. Non enim eſt conſulendum uni cũ graui iactura alterius. c. ſacris de ſepult. xxiij. q. iij. eſt iniuſta, et alibi dicit canon, ſi non poteſt uni

ſubue-

ſubueniri niſi alter ledat, comodius eſt neutrũ iuuari q̃ alterũ ledi ſeu grauari. c. Deniq;. xiiij. q. v.

Preterea conſideretur, q̃ aliud abſurdũ oriretur, ut rex p̃deret ſine facto ſuo beneficiũ, q̃ habet a lege. s. litigãdi p̃ ſe uel p̃ p̃cu. cũ cogeret conſtituere rex illuſtriſſimus p̃cur. in hac tã graui cauſa, nec poſſit cauſæ ſuæ tã graui aſſiſtere, cuius contrarium ſupra ſuper. xi. et. xij. Concluſionibus clariſſimis rationibus probauimus de iure.

Et ex his remanet iuſtificata tã prædicta concluſio q̃ ſequẽs, quæ eſt in ordine. xx. Quæ eſt talis uidelicet.

Nec propter eius deſpoſitionem rex ſtantibus prædictis in cauſa de qua agitur de iure cogitur conſtituere procuratorem ſecundum com. opi.

¶ Beatiſſimæ Pater uigeſima tertia concluſio in ordine publicatarum eſt iſta uidelicet.

PRAETENSVS ſtilus Curiæ, quo dicitur caueri, cauſam ſemel in curia commiſſam amplius extra curiam committi non debere, non obſtat quominus ſtãtibus materijs, papa cauſam de qua agitur, de iure debeat committere extra curiã. p̃ cuius quidẽ iuſtificatione (præſuppoſitis

illis quæ fuerũt dicta circa quintã conclusionem, et his quæ allegata ac inducta fuerũt circa.xv.et. xxij.et in multis alijs conclusionibus) dicimus q̃ quãdo locus est notorie non tutus, etiã si esset curia Cesaris uel papæ, nunq̃ in tali loco citatus tenetur mittere p̃cura.ad causã, presertim si causa est grauis, qualis hæc est,de qua agitur, ut dictũ fuit sup.xvi.conclusione, p̃ut de curia cesaris est textus in clementina pastoralis uer. Pisana.de re iud.et de curia papæ est casus p̃ locũ a speciali, intelligẽdo illũ textũ secundũ opin.Inno.et communem in.c.cũ dilecti de dolo. & con.uidelicet quod sit speciale in electione, & est textus in.c.ad apostolice uer.et si diceret ipse de re in.li.vi. notat Abb.in.c.exposuit de dilatio. quia stãte æquitate & causa iustissima, qualis est hæc scilicet notorietas loci non tuti, papa tenetur causam istã delegare ad locum tutum, ut super prima conclusione demonstratum fuit per multa iura & rationes.ut alias dicimus q̃ cause meri & mixti imperij iure cesaris indelegabiles ex probabili & necessaria causa delegantur, ut est textus et ibi communiter doc.in.l.i.§.huius rei.ff. de officio eius,cui mand.est iuris.et est tex.in.l.cũ post et ibi not.p̃ doc.c.de appel.Nã causa appellationis

est

est mixti imperij & sic ordinarie indelegabilis ut p Bar. in l. i. §. solent quãdo appel. sit. ff. et ibi cumulat plene Alex. nihilominus prefectus pretorio ex equitate tenet remittere et delegare causã in pũnciã, ut est expressum in dicta l. cum post.

Non obstat decisio rotæ l nouis. ij. de appella. incipien. cũ alias fuit dubitatum. quia non loquitur quãdo locus curiæ non esset tutus citato: quia tunc stilus talis non ualeret, utpote irrationabilis et tollens defensionem citato, ut supra in alijs conclusionibus pbatũ fuit, et esset etiã contra casum legis in dicto. c. cũ dilecti et aliorũ iuriũ supra allegatorũ, et determinationẽ Oldr. consi. 43. et Cal. consi. 5. de dila. Et si talis decisio tam ruditer et absurde interpretaret, nihil aliud esset nisi euacuare iura pmittentia exceptionẽ loci non tuti et concedentia facultatem litigandi per se uel per pcura. cũ secũdũ intellectũ partis aduersæ ab omni iure et æquitate alienũ illustrißimus rex Angliæ uel cogeretur obijcere se gladio trãseundo p loca notorie suspecta. &c. uel in hac causa tam graui cogeret constituere pcuratorẽ, utrumq; autem esse ab omni ratione, honestate, et bonis moribus alienũ efficacibus rationibus docuimus sup. 1. 3. 4. 8. 9. 15. 17. & 18. conclusionibus.

Præterea deciſio debet intelligi ſecundum leges, quas allegat. Sed rota quæ dicit, q̃ ita eſt ſtilus ex diſpoſitione iuris, allegat. c. ut debitus de appell. cum ſi. in illo autem. c. et ſimilibus tractatur tantum de honore iudicis non autem de partis intereſſe. ergo quando rota dicit, quod ita eſt ſtilus, intelligitur ſecundum iura quæ allegat, uidelicet, quod ſtilus curiæ eſt, ut cauſa ſemel commiſſa in curia, non remittatur extra curiam, quando tractatur tantum de honore iudicis, non autẽ quãdo tractaꝫ de intereſſe partis, ꝑut eſt in caſu noſtro ubi inter eſt regis q̃ extra curiã cauſa committaꝫ ad locũ neutri partiũ ſuſpectũ ut ipſe rex cauſã ſuã melius tueri ac eidẽ aſſiſtere poſſit, in hoc autẽ caſu æquitas ſuadet, q̃ cauſa remittatur, et in iſto caſu non loquitur prædicta deciſio.

Nunc capio penultimã concluſionẽ, quæ eſt. 28. in ordine publicatarum, & eſt talis. In cauſa de qua agit ꝓcutator debet admitti ad allegãdas et ꝓbãdas materias præſcriptas, nec citatus cogitur conſtituere ꝓcuratorẽ, cũ quo poſſit ꝓcedi in cauſa uirtute deciſionis decimæ de do. et con. ĩ an. uel. d. cc. xxix. in eisdẽ. que de iure non obſtat.

Retento q̃ rex poſſit agere cauſã iſtã matrimonialem ꝑ ſeipſum ꝑ textũ in. c. conſtitutis el. ij. de

teſtibus

teſtibus, ꝓut latius fuit ꝓbat ſup prima concluſio ne, et præſuppoſito q̃ materiæ exhibitæ contine ant impedimentũ neceſſariũ et ꝓbabile tẽporale, prout latius fuit oſtenſum ſuper. iij. concluſione, ac etiã retento q̃ locus iudicij debeat eſſe tutus copulatiue in cauſa matrimoniali tam regi q̃ eius ꝓcuratori, ut plene fuit oſtenſum ſuper concluſione. xvij. per glo. in. c. ſiue. 33. q. ij. ſequitur manifeſte, q̃ concluſio præpoſita eſt ueriſſma.

Neq; obſtat dicta deciſio in an. 729. quia multipliciter reſpondet, & primo q̃ illa deciſio non uẽdicat ſibi locũ in cauſis grauibus, & in quibus citatus eſt alias iuſto et ꝓbabili impedimento detentus, quia iſto caſu deciſio eſſet falſa, et haberet contra ſe tex. in terminis in. c. querelam de procura. et ibi omnes doc. quod eſſet abſurdum ac nullo modo dicendũ. Et hæc ſententia non habet contradictorem in ſchola canoniſtarum uel legiſtarũ ut late ſupradictum eſt concl. ix. & conclu. xviij. Loquit ergo deciſio illa in cauſis non grauibus, ĩ quibus impeditus neceſſario et ꝓbabili impedimento tenetur conſtituere ꝓcuratorem, ut probat tex. in. c. querelã preallegat. a contrario ſenſu, et ibi not. Imo. et colligitur ex notatis per Bar. in. l. i. ff. de diuerſ. et tempo. preſ. At domini

de rota non consueuerũt tenere decisiones rotæ, quando sunt contra casus legum, ut sæpius uidimus et experti sumus, merito. &c.

Secundo modo respondetur, quod illa decisio debet omnino limitari et restringi, ut non procedat in eo casu, quo omnia media itinera terrestria et maritima essent ita notoriæ suspecta citato quod per ea sine euidenti periculo uitæ citatus omnino transire non posset. Et quando essemus in causa, in qua citatus propter causæ grauitatem non tenetur constituere procuratorem, prout in.c. cũ dilecti per locum a speciali est clare probatum secundum communem opi. ad illum tex.nam conuenit inter doc.magis communiter,quod ibi si ille electus citatus probasset uiarum discrimina & fuisset in alia causa q̃ causa electionis, papa distulisset iudicium, ut per Imo. Host. Io. And. et communiter alios in dicto. c. querelam.

Comprobant premissa ex mente rote in decisione egidij de iud.171.ubi si quis sit citatus personaliter ad comparendũ coram papa, et allegatur pro ipso, q̃ eidem citato non sunt tuta itinera par terras imperatoris,non excusatur,quia ex quo imperator est subditus & uasallus eccleſiæ, pre-

presumitur q; uelit habere reuerentiam et fidelitatẽ erga Ro. eccl'iam per. l. non est ueri simile. ff. quod metus causa. sentit ergo ibi rota, immo uult expresse, quod si uel ipse citatus uel aliquis alius habens legitimam personam non allegasset solum sed obtulisset probare uel probasset, fuisset admissus. et dictus citatus excusatus ita expresse decidunt Paulus de cas. in materia nostra in. l. seruum quoq;. §. publice col. ulti. ff. de procurat. & Imo. in. l. quæsitum. ff. de re iud. col. ij. uer. in glo. et est decisio dominorum in an. xv.

Præterea si ut ex aduerso dicitur, dicta decisio in casu præsenti locum haberet, in quo dicitur notoriæ esse regem Angliæ, et ex ipso regno non posse uenire in curiam sine ineuitabili præiuditio mortis, illud esset contra tex. in dicto. §. Pisana, prout illum intelligunt doc. ibidem Imo. Alexan. et alij in. l. recusare. §. Si quis ab alio. ff. ad Treb. que dicunt quod in terminis dicti. §. Pisana, rex Robertus neq; tenebatur comparere, ob non securitatem loci qui erat non tutus, nec etiam propter grauitatem causæ tenebatur constituere procuratorem, ut etiam mod. in. c. accedens col. v. ut lite non cont. dicendum est igitur dictam decisionem non loqui in terminis nostris.

Respon-

Reſpondetur etiam aliter ſcilicet q̃ illa deciſio loquitur in terminis longe diuerſis a terminis noſtris, uidelicet quando citatus fuit apprehenſus perſonaliter, quod quidem non eſt in caſu noſtro, unde cum ſit longiſſima ratio diuerſitatis ĩter unum caſum et reliquũ, ut in cle.pri. de.do.et con.in.l.fi.ff.de in integ.reſ.merito.&c. Et ſic remanet prædicta conclu.iuſtificata.

Nunc ueniam Beatiſſime pater ad ultimã conclu. 25. uidelicet in ordine publicatarum, & eſt talis, Stantibus materijs & cauſa de qua agitur, iura dicẽtia, cognicionẽ, & deciſ. cauſarũ regũ & principũ ad ſedẽ Aplicam ſpectare, non fient ludibrio, nec debito fruſtrabũtur effectu.

Et ubi per aduerſarios conſideratur, q̃ iura ſunt in effectu et non ad ludibrium interpretanda per tex.in.c.commiſſa.§.porro de elec.li. vi. l. omne uerbum. C. communia de leg. uidelicet ne dicatur fruſtra occupare membranas. c. ſi Romanorum.xix.diſ.ac ſubiungitur poſtea per eoſdem, q̃ ſi uerum eſſet, quod proponitur pro parte regis Angliæ in materijs excuſatorijs, reges & principes citati coram ſede apoſtolica, ad quam ſpectat determinatio cauſarum eorundem.c.nouit de iud.c.per uenerabilem qui fi.ſunt leg.c.conſtitutis el.ſe-

el. ſecundo de teſtib. c. ad apoſtolice de re. iud. lib. vi. c. ſiue. 33. q. ij. cle. Paſtoralis. &c. non comparerent coram illa, attenta ratione quæ prætenditur elici ex materijs excuſatorijs prædictis, quæ a communiter accidentibus militat et militaret in omnibus regibus & principibus nec cogeretur conſti. procura. in cauſis grauibus. et ſic conſequẽter cũ non poſſet occurrere caſus in quo ipſa ſedes poſſet cauſas ipſorũ cognoſcere, ipſis uel alijs p eis contenta in materijs excuſatorijs ſem per allegantibus, iura adicentia cognitionem & deciſionem cauſarum regum. &c. fierent ludibrio et debito fruſtrarentur effectu.

Reſpondetur dictã ſedem cauſas regũ & principũ poſſe cognoſcere, ut alias cognouit ſi quãdo ipſi reges et principes per eandem citati ſunt tales q eorũ abſentia neceſſario & ineuitabiliter non minaretur periculũ, prout contingit in rege Angliæ, uel ſi abſentia tam diſtantißima citati regis eiusq; acceſſus ad curiam ſimile periculũ non minaretur, uel ſi ageretur cauſa in curia, in qua quis cogetetur conſtituere procurotorẽ, uel rex citatus nollet excuſari, uel non excuſaretur. Cũ autem abſentia regis Angliæ talis eſt qualis deducitur in materijs excuſatorijs, ipſeq; rex uult

excuſari

excuſari et excuſator merito. &c. Hoſtien. cum quo ſchola cano. tranſit in. c. querelam de procur.

Quinimmo ſi principes et reges citati p̃ ſedem aplicã allegarent et probarẽt, ut dominus excuſator allegat et paratus eſt probare pericula & damna, ut contingit in rege Angliæ, tũc ſedes apoſtolica cogereť dictã cauſam committere et delegare in loco idoneo et ſecuro utriq; parti, absq; eo q̃ p̃ p̃te regis citati hoc peteret, ut tradit In. cũ quo et alij trãſeunt in. c. ex parte de appella. ut alias in. c. nouit, et in. c. p̃ uenerabilẽ, et in. c. conſtitutis et. c. ſiue præallegat. & in. c. non eſt de ſponſ. et in. c. olim in parte deciſa de reſti. ſpol.

Et tali caſu ipſa ſedes dicit de cauſa cognoſcere, cũ de ea cognoſcat p̃ ſuũ delegatũ. c. ſane de offi. deleg. gl. et ibi Ang. in. l. ubi ceptũ. ff. de iud. in. fi. facit. c. cũ olim il. ij. de off. de leg. c. i. lxxxx. diſ. c. fi. 93. diſ. l. et ſi. pretor. ff. de offi. eius. et ſic non fruſtrãtur iura, cũ nos dicamur cognoſcere. &c. c. ſi apoſtolicæ de preben. li. vi.

Immo ſtante indubitata & notoria imminentia periculi & ruine regis ac uniuerſalis eius regni, ut latius in materijs attento etiã periculo ſuæ uitæ ac diſcriminis ſue corone et regiæ dignitatis, ex receſſu tam diſtantiſſimo a regno ad curiam,

ubi

ubi causa agitur, Illustrissimus rex citationi facte, uel precepto etiam apostolico non tenetur obedire, ut egregie dixit Inno.in.c.inquisitionis. de sen.excom.

Et non eundo per mendicata suffragia, est texus in. c. apostolicæ, uerbo & si diceret de re.iud.lib.vi. ubi rex uel Cesar in causa que agit coram apostolico potest allegare curiam non tutam. Similiter in electo quod possit allegare curiam non tutam propter loca media non tuta, ut contingit in illustrissimo rege Angliæ in causa de qua ibidem agitur, est textus.in.c. cum dilecti per locum a speciali arguendo iuxta lec.Inno.iiij. in.c.querelam de procura.cū qua lec.schola cano. et leg.transit,notat Abb.in.c.exposui de dila.

Non igitur dicendum est (quod aduersarij contra communes sententias legum & canonum dicunt) illustrissimum regem impeditum, ut in materijs & suffultum iure naturæ, ut inquit Oldr.con. 43. excludendum esse hic a beneficio exceptionis loci non tuti, nec cogendum in causa tam graui constituere procuratorem, cum communis sit decisio in causa matrimoniali etiam inter regem et reginā locū debere esse tutū tam regi q̄ eius procuratori: et non solū procuratori

sed

ſed etiã regi. gl. in. c. ex parte communiter appro bata. relata ad textũ in dicto. c. ſiue, cum qua glo. tranſit communis doc. ſentẽtia in dicto. c. ex pte.

Poſtq̃ igitur conſtat. S. V. prout etiam dominus excuſator eidem ſanctitati paratus eſt fidem facere, locũ hunc illuſtriſſimo regi Angliæ non eſſe tutum, eadem. S. V. ex ſuo ſupremo officio paſtorali debet et de iure tenetur prouidere dicto regi de loco idoneo abſq; eo quod pro parte dicti regis petatur ſuæ Maieſtati prouideri de tali loco, nec urgere illum ad comperendũ in hoc loco non tuto, quod neq; poteſt, neq; ad id tenetur: nec ad conſtituendum procuratorem, ad quod in iſta cauſa tam graui non compellitur: cum communis ſit ſententia doc. cum Hoſt. in dicto. c. querelam, q̃ in cauſa matrimoniali detentus iuſto et neceſſario impedimento tẽporali (quale eſt illud quo ipſe rex detinetur, put clare elicitur ex materijs, et oſtenſum fuit ſup. iiij. viij. et. viiij. concluſionibus) non cogit conſtituere pcuratorem.

¶ Et ex prædictis remanet iuſtificata prædicta ultima concluſio & reſponſum eſt aduerſariorum obiectioni.

Tho. Berthelet regius impreſſor excude bat. Cum priuilegio.

MVSEVM BRITANNICVM